

A-  
do  
nti-  
s  
&

59

2356

5-4

y-59

59



Ioannis Boccacii de Certaldo : de montibus: syluis: fontibus: lacubus: fluminibus: stagnis: seu paludib?: de nomibus maris: liber icipit feliciter.



**S**VRREXERAM equidem fessus a labore quodam egregio: & aliquali ocio uires restaurare cupies: Venit in mentem Socratem olim diuini luminis iubar in terris solitum: cum a meditatione caelestiu surger&: supposita cruribus harundine cum paruulis filiis ludere. Ac Scipionem Africanum & Lelium in

signes Romanorum duces ab arduis rei publicę opportunitatibus paululum resipiscentes: nonnuq̃ maris in littore teretes calculos: eiectasq; cõculas cõsueuisse ritu puerorum colligere: ne dum tempus ad recreandã uirtutem præstaretur: tacite nil agentes subintraret inertia. Quos tanq̃ inclytum laudabilium exercitiorum specimẽ imitaturus: ne oio tempus inerti ocio elabatur: assumpsit loco iocosi laboris studentibus poetarum illustrium libros: aut antiquorum historias reuoluentibus: in aliquo leui opere: si possem: uelle prodesse. Memini quippe tales: & potissime qui tracti deyderio rudes stadium intrant studiorum: huiuscemodi circa integrum lectionis sensum impediri plurimum: dum nonnuq̃ montium Syluarum: Fontium: Fluuiorum: Stagnorum: seu Paludum uel maris occurrunt uocabula: Aliter. s. intelligẽdo q̃ debeant: utputa dum mōtis nomen pro flumine: dum paludis pro monte seu syluę ciuitatis uel prouintię loco sumitur: facile sensus historialis confunditur. Et esto aliquando proprie assumatur: existimatione etiam eruditi per sepe fallunt: dũ montẽ seu fluuium: qui in occiduo est: arbitrantur sub oriente sole consistere. Ad euitationem quorum & indebitę existimationis ammouendos errores: celebres inter auctores quoscũq; & potissime gentiles: montes: Syluas: fontes: lacus: fluuios: stagna: seu paludes & maria: & quo sub cęlo effluant & consistant: ut comperi mens est. Et ne multum talia scrutãtib? euoluere necesse sit: per ordinem litterarum alphabeti describam singula. Sane quoniam e montibus excrescere syluas: emanare fontes & flumina: a quibus lacus paludes & stagna cernimus exoriri: de montibus primum scribendum non incongrue ratus sum. Sunt igitur: ut liquido pat&: montes terrarum eminẽtię quędam in cęlum: non tamen aequę surgentes: & ex his aliqui saxei: nonnulli terrei sunt. Qui in sublime magis efferuntur: saxei omnes. Qui uero humiliores per sepe comperiunt fere semper terrei. Ex his colles: quos ut plurimum montium summitates in longum protensas dicimus: & promontoria: quę sese in maria propellentia cernimus: oriuntur. De quibus indistincte cum montibus

mētio fiet . Is tamen ante alia quęso faueat operi : qui illos ab orbis  
conditione constituit: & ex excēlso eorū altitudines metit̄ & cōspicit.

**A** **ALAC** mons est: cuius nomen alii diuidentem montem iter-  
pretantur. Alii uero leuem. i. limpidum: seu lubricum: & in syria  
constitutus emin&.

**A** **Barim** mons est excēlsum: diuidens terram Amon & Euftratis a terra  
promissionis contra Ierico iordanem usq; fluuium radices protendēs  
ostenditur quippe ascendentibus in eston: insignis autē ē morte Mo-  
ysis iclyti atq; primi hebręorum ducis.

**A** **Bila** mons est in mauritania cēlitudine leuatus in sydera: oppositus  
Calpe monti qui in hispania est: quos ābos herculis esse colūnas aiūt  
uoluerq; ex ueteribus quidam: hos unum & idem iam dudum colle  
cōtinuato fuisse montem: herculeaq; uirtute fuisse diuisum: & ex oce-  
ano: quod ante non erat intromissum terris mare: quod postea in ho-  
diernum usq; diem Mediterraneum dictum est.

**A** **Cantius** promontorium est magnesię.

**A** **Caton** mons est Oetholię.

**A** **ctium** promontorium Epyrri est memorabile naualis pugne Octaui  
ani cęsaris uictoria: & clade Antonii & Cleopatrae.

**A** **crea** promontorium est olim lunoni sacrum: sese effundens ī mare ad  
uersus sicionem: a coryntho non amplius. vii. mil. pa. distans.

**A** **Contius** mons est magnesię: seu ut alius plac& Boetię.

**A** **Crocerauni** montes excēlsi sunt iter armeniam & hyberiam: sic dicti  
eo q̄ fulminib; sepiissime infestentur. Nā ceraunos gręce latine dicit̄  
fulmen: & secūdū alios acros ignis: ceraunia summitas: quasi montes  
ignitas habentes a fulminibus summitates.

**A** **Croceraunium** promontorium est Epyrri: in angustias adriatici sin;?  
emissum: inde dictū q̄ montib; cōterminum: qui & acrocerauni dicū-  
tur eadem ratione: qua superiores diximus nominatos.

**A** **Chrocorynthus** mons est altitudinis eximie inter egeum mare &  
corynthium sinum posit;: adeo q̄ utrūq; in umbr& mare.

**A** **Dilifius** magnesię mons est: ut nonnullis uidetur Boetię.

**A** **Doreus** mons est pbrigię: ex quo sangarius erūpēs fluui; p pbrigiā  
labitur in bithyniam.

**A** **pbesanta** sunt qui dicāt mōtē eē tarso cilicię: Alii uero dicūt ī sinu ar-  
golico positū: quod ego magis credo: eo q̄ tā primi q̄ secūdi cōueniāt  
in hoc: q̄ ex eo perseus ad occidendā gorgonem iturus uolatum arri-  
puit: & Amphiarā et melāp; uaticinaturi de bello thebano ab Adra-  
sto missi in eum ascenderunt: qui gręci omnes ob hoc in ciliciam nō  
iussent.

- A** Ga mons est maioris armenię: ex quo ueteres eufratem fluuium emanare testantur.
- A** Ganippe mons est Boetię: qui primo enippe dictus ẽ: musis sacer.
- A** Golonius unus est ex archadię montibus.
- A** Gragas mons ẽ Sicilię haud longe a gela muro olim cictus: habes i summitate oppidũ. Cõsueuere qdẽ ueteres apud eũ optios equos alere: & ex inde in gręciã ad agones transmittere.
- A** Grispecula mons est moabitarũ: qui eo q̃ uehemẽter p̃ruptus sit a nõ nullis uocat̃ Excisus: & haud procul ab aenone mari supemin & mortuo. In cuius summitate Balaach filius Beor deduxit Balaam diuinũ ad maledicendũ populo israhel.
- A** Grosus mons est: ubi nunc roma: Quẽ faunus rex euãdro archa do exuli cõcessit: & ipse Palatinũ postmodũ appellauit.
- A** Gued mons ẽ Britanię: Albanię propinquus: & castro etiam puellay.
- A** Lafrice promontorium est i creticũ procurres mare: non lõge a ptholomaida: quę barce uetusto noie dicebat̃.
- A** Lbanus mons ẽ in latio: in quo olim Iulius Ascanius ciuitatẽ cõdidit albã: sic a sue alba: dũ a troia cũ patre pfugo ueniss̃ & ibidẽ iueta: nũcupatũ ac iuitate mõtẽ existimo.
- A** Lbũ promotoriũ ẽ in syria longe a colonia Claudii cęsaris ptholomais seu acreon: tendens in mare syriacũ.
- A** Lburnus mons est in lucania: quę hodie calabrię ps est.
- A** Lcion mons est in macedonia.
- A** Lgidus mons est haud longe ab urbe Roma. xx. mil. pa. i quo eiusdẽ nominis oppidũ: hodie sylua latrociniis incolay accommoda.
- A** Limpus mons est in isula mitilena: seu les bos: a cõtinenti distans nõ ap̃lius. vii. mil. pa.
- A** Locrine mons est in minori Asya: ex quo Menander fluuius emittitur.
- A** Lpes montes sunt: seu mons pluribus & excelsis cacuminibus distinctus: togatam galliã diuidens a comata: haud lõge a nicea urbe incipientes: & secũdum quosdã in macedoniam usq; tendentes. hos quidẽ ex hispania in Italiam ueniens hanibal poenus peruios fecisse credit̃: cum a quodam eminente atq; inuio scopulo impeditus illum aceto ac igne dissoluerit.
- A** Maletb mons ẽ in syria: i quo pbraton oppidum: unde fuit abdon iudex olim populi israhel.
- A** Manus mōs ẽ: in quo oppidũ bomite: & in ora oppidi miriandros incipiens sepat syriam celem a cilicia: a parte altera eius plura effluunt flumina: ut Androchus: Pinarus: Lycus: & sinus: qui ab aliquib; thaurus nuncupatur.

- A**Mazonius mons est in maiori asia: præter cuius radices termodon labitur ånis. Dictus. n. hic mōs (ut nonnulli arbitrāt) ab Amazonibus: q̄ penes eū primo cōuenerint.
- A**Mbru mons est apud Britannos iuxta Salesteriam olim: hodie ceraradæ.
- A**Mi syluestres sunt indiæ montes ea in regione: quæ de dala alexandri Macedonis temporibus dicebatur.
- A**Mmodes promōtoriū cilici maris ē inter cidnum piraniūq; fluuios: sese ptendens in cyprū.
- A**mpelusta oceani occidui extremum promontorium est in Mauritania ultra herculis columnas: ubi quondam Lusa et Cocta fuere oppida: postea tingi: aquo tingitana mauritania dicta: quod oppidum ab Antheo fuisse conditum asserunt. Hoc tñ promontorium afri aliter nominant. Esto idem quod apud græcos ampelusia sonet. In eo quidem prisca dixerunt specum fuisse herculi sacrum: et inde tingi oppidū (ut dictum est) Anthei opus: cui⁹ in rei testimoniū ostendebant incolæ parmam elephantino tergori exactam: adeo ingentis magnitudinis: ut nulli hominū quo Neronis principis usui esse potuiss̄. Eamq; incolæ ab anttheo gestatā asserant: & ob hoc præcipuo honore celebrē conseruabant.
- A**Ncoranus mōs ē citerioris mauritanie: cup̄ssib⁹ laudatissimis ad quæcūq; opus abundans.
- A**Nemuriū promōtoriū ē a pamphilia distinguens aliciam:
- A**Ngaris mons est iudeæ: & (ut percipi potest) haud longe a samaria.
- A**Ngnius mōs ē excels⁹ apud gallos ligures frimates.
- A**Nasiui montes dicunt esse boetie: quos penes aiunt morari musas.
- A**Ntelbanus mons est arabie: libano ad orientem appositus: in quo etque cum libano colligi thura dicūt. Extēditur quē circa regiones uebis damasce: & ī fortē cecidit tribus manasse.
- A**Nthirnum promontoriū: quod penes corinthiaci sin⁹ ē: nō āpli⁹ mil. pass. latitudinis habēs.
- A**Onas heliconis montem dicunt esse. Boetie musis sacrum: nec deest qui dicat aonem tracie montem: et ab eo aonidas dici musas.
- A**orbe mons est insulæ famos: se se in altum exigens per decem millia passuum.
- A**Ppēnin⁹ mons ingens: a nonnullis is quem paulo ante nominauim⁹ alpes creditus est. Et pēninum uolūt denominatum ab hānibale poeno: a quo primo peruium factum putāt. Sed opinio longe uulgatior est: eum esse Appēninū: qui omnē in longum tendens Italiam ī ptes sepat duas: & a dextris inferum spectans mare: a sinistris autem superū: in siculū usq; fretum p̄greditur. Hic autem secundum quosdā



a promontorio monichi esse finem ligustini maris incipit. Vnde & alpes & in aquilonem fere tendens una cum alpibus a dextris linquit bagiternos: & cum ad mantuanos gallos deuenit: in orientem flectit eis a sinistris derelictis: & Senganis a dextris: ubi albintinulo & alba gaunum: & ienuam: & uelliates gallos: cum ex parte alia habeat cispadanos & angustam thaurinorum. Alii uero putant iter ueneris portū & Macrae fluminis ostiū: quod penes (ut arbitrantur aliqui) Ligustinus inchoat sinus: eum initium sumere: & in boream pauxillum tēdere: ac iam dicto monti separanti cispadanos gallos a liguribus in finibus ueliatum ligurum iungi. Et inde in euro austrum uergens tyrenū mare: lunam ciuitatē: lucam: Pisas: & nobilissimam tusciē ciuitatem Florentiam ad meridiem finit. Ad Aquilonem autē Padum fluiuium Parmam: Mantuam Virgili: Rhegiū: lepidum: Mutinam: & studio rum matrem Bononiam. Hinc a dextris ad ulteriora procedens: Aretum: Corthonam: Transimenum lacum: Perusiū: Fulgineum: Spolitum alias Spolitium: Meueniam: Tudertum: Vlsinas: Faleras: Narnas: & olim rerum dominam Romam urbem cōspicit. A leua autē Corneli forum quod & Imolam dicimus: Fauentiam: & Rauenam: & Sabinorum Coloniam forum Liuii & Pompili: Inde curuam Cefenam: Ariminum: Pēsaforum: fortunę phanum: & Senogalliam. Tandem sese in modum cubiti flectens: seu sui poti⁹ partem iaciens inde adriaticum promontorium facit: cuius in extremitate Anconam ueteres condidere gręci. inde firmum: Picenum: & Esculum: & post hos Marfos pelignosq; populos: donec aliū flexum faciens altissimis uerticibus Garganus dictus in adriaticum deuehatur iterum: sub quo se pontum uetus Dyomedis oppidum. Demum præteruehens a dextris urbem Tyburim: Catilli: Penestras: ferentium: Febracteriam & Aquinum linquit: & maximū sui in tyrenum protendens brachium. Volscos fere omnes includens in Circeum disinit montem: quem uetus fama est extitisse iam dudum Circis Veneticę regiam. Hinc theanum Sedecinum: & quas dixisse debuerā Teracinam atq; Caietam: Sueffam: Minturnas: Capuam atque Neapolim: & a Sannio atq; Lucania Campaniam diuidens scabrosis culminibus in finem Campaninus excurrit Mineruæ promontoriū fere usq; protendens in capreā includens cum Campanea Vesuuium: Pompeios: Noceriam: Stabiā Surrentum. Post hæc habens in uisceribus Beneuentum. Hinc Salernum: Lucanos: Brutiosq; omnes (mutato nomine Celabros nomināt incolę) spectans nō desinit: donec Regium extremum Italię oppidū sese uehendo contingat. relictis a leua Dauni regno bardulis: Bario: Brundusio atq; tarento & suorum saltuum incolis Salentinis: Petilia Idumei: Cretone: Caulone: Locrisq; atq; saleo: & Leucopetram liquēs

ubi supra diximus in fretum secus Regium finem fecit diuisus: ut creditum est: & saxorum ingentium fracturę testantur: terremotu a Peloro primo in italiam uerso siculorum promontorio: & uariis multisque uorticibus insignis: in se multa continet oppida: & pascuis syluisque abundans ex se hinc inde flumina emittit maxima & famosa.

**A** Pollinis promontoriū in africa ē: inter cādidū & mercurii promontoria in Sardiniam se ppellēs.

**A** Prodisias promontoriū ē minoris asię.

**A** Racinthus mons est minerę facer: & celebris carminibus poetarū. Verum ueteres in qua sit regione non concordant. Nam alii dicunt eum atticę regionis mōtē. Quidā eum esse thebanum, nōnulli ābracium: & alii archadū.

**A** Rarath mons Armeniae maioris est: in quo ueteres omnes cōcordare uidentur archā Noe cessante diluuiō cōsedisse: & ei⁹ reliquias cōsueuere pegrinis idigenae demōstrare. Dixerūtque Armeni loco exitū seu egressū: eo quod ibi Noe archā egress⁹ sit.

**A** Raxum Peloponensiū promontoriū in Cephaloniā uersū.

**A** Rentinus mons est haud longe ab urbe Roma: in quo Praeneste ciuitas est sita.

**A** Rabrum seu Arhabrum promontorium hispanię ulterioris est: uasto se cornu protendens in mare: & hispaniam uersus occidentum finiens: terras: maria: cęlumque disternere uidetur. Hoc aliqui olisponēse dixerunt ab oppido ei opposito. Et quidā uocauere magnū eo quod maris occupet plurimū.

**A** Robares mons Indiae est: quem alii Cacobates dicunt: insignis quidem: eo quod ex se Gangem profusissimum orientalium flumen effundat.

**A** Rge⁹ capadocię mons ē: arduus plurimū & omni tēpore pruinis rigēs: eūque dei habitaculum ueteres accolę credidere. Subiacet ei Mazata ciuitas Capadotium metropolis.

**A** Riobargenes mōs ē asię inter massagetas cōstitutus & parthos:

**A** Riuis mons est in insula Chio: in quo nascuntur optima uina a mōte aruisia nuncupata. Esto sint qui dicant eum promontorium & aruisium uocitatum.

**A** Rpendus mons est Pamphilię: cuius in radicibus Eurimedum defluit fluuius.

**A** Rtagus mons est Capadotium: sub quo Maizacum ciuitas que postea Caesaria nominata: credo idem cum Argeo: de quo paulo ante dictum est.

**A** Remisius mōs est archadię.

**A** Remius in argolico sinu mons ē.

**A**S mons est Macedonum.

**A**Screus mons i Boetia est : a quo & uicus denominatus : unde poeta insignis. Hesiodus oriundus.

**A**sterion mons est i sinu argolico.

**A**Strixim mōs. est africae ab aquilone habēs littorales africae populos a meridie uero harenas iacentes ad oceanū usq; in quibus uagantur gaulales & ethiopes. Alij uero eum Mauritaniae mōtē uolunt. Esto nō multū iter sit. Nam & africa & Mauritania iunctę sunt.

**A**Suaus mos ē Chaonię: cuius i radicibus Aous fluius.

**A**Ter mōs. est Africae e regione sub atra. Hic quidem longo spatio ab oriente i occiduum protenditur : & a nostris ater uocatur : eo qd adusto similis sit: nec distat multum a Matelge oppido garamarū.

**A**Tlas uetustissima fama celeberrimus mōs ē. Hunc aliqui i extremis mauritanię finibus cōsistere uolunt. Aliqui ab ethiopibus claraditis & flumine banibaro ad mōtem thenotema dicunt: & promontoriū hesperum decē dierum atq; noctium nauigatione per oceanum eū locant. Mōs quidem supra nubes excelsus uertice: aspectu squalidus ea parte qua spectat oceanum a se denominatum: qua uero africanam prospicit nemorosus atq; opacus: & fontibus atq; fluminibus irriguus: & omnium generum fructuū abundantissimus. Eius supremū culmen semper asserunt esse niuosum. Inferiores autem partes a serpentibus elephantibus: & brutis aliis occupatas aiunt. Pręterea referunt tāta taciturnitate silere per diem: ut non absq; horrore quodam & occultę diuinitatis suspitione adeatur. Nocte uero adinstar cęli crebris lucere luminibus: & resonare cantibus: atq; tinnitibus cimbalarum tibiarum & fistularū egipanzorum atq; satyrorum. Sunt insuper qui referant unas eius radices densis altisq; syluis repletas incognito ex genere arborum proceritate spectabilium: frondesq; cupresso similes habentium: in rore ualētes perpetuo: easq; pręter odoris suauitatem obduci lanugine quadam: ex qua si arte exculta sit: possint nō aliter q̄ ex bombice uestes fieri. Hunc insuper nonnulli thelamonem: nominari uolunt sicut nilū flumē melonem asserunt nuncupari.

**A**Thos Macedonię mons est: seu (ut quidam perhibent) tracię marię geo supereminens: & altitudinis mirandę. Asserunt quidem eum umbram suam in lemnum usq; insulam efferre: quam aiunt alij. lxx. mil. passuum: alij uero. lxxxvi. ab atho distante. Huius pręterea uertex (ut pro cōperto demonstrant) uentos nubesq; superat: cū relictos cineres annui sacri aliquibus caracteribus insignitos anno transacto redeuntes in nullo mutatos inueiant. Dicunt etiam huius in culmine fuisse oppidum nomine acrothos seu acrochao: n: ibidēq; etatē hominum dimidio q̄ alibi longiorem. Extat etiā hic mons superbig

Xerxis Persarum regis perpetuum monumentum. Nam aduersus athenienses & lacedaemonas ueniens: eum inter Sestum & Abidon ponte factō ex Asia in Europam pedibus igentē traiecit & exercitū: Athon super are classe disposuit: eo quod defosso hominum opera a cōtinenti disiunxit nauigabili facto itinere longitudinis. lxxx. mil. passuum: cum latitudinis esset mil. d. Et sic Athon non solum montem sed mare undique circumdatum traductis nauigiis insulā dereliquit.

**A** Tritas Achaiae promontorium est: haud longe ab Asineo sinu.

**A** Vene promontorium mauritaniae occidentale. Nam inter istud & calpē gaditanum coarctat fretum.

**A** Ventinus ex septem urbis romae montibus unus est: quem aliqui uolunt ab auibus e thyberi ascenditibus nominatum. Alii uolunt ab auentino aboriginum rege ibidem occiso atque sepulto nuncupatum. Sunt & insuper qui dicant: eum a Sabinis ibidem a Romulo susceptis a quodā prouinciae suae monte nomen impositum. Aliqui ab aduentu hominū: eo quod ibi cōmune latinorum dianae tēplum cōstitutū sit: dictum. Nonnulli alio ab aduentu appellatum. Nam dicunt eum montem paludibus a ceteris fuisse disclusum: & eo quod ex urbe ratibus ibidem ueheretur: Auentinum uocatum.

**A** Vlon mons est uinetis abundans.

**A** Zan Phrygiae mōs ē: in quo iuppiter & Cybelle coli cōsueuerūt. Alii putant apud archades eē: & ibidem eo ritu: quo apud phrygios colebant: coli Iouē matrēque deum.

**A** Zare Mauritaniae montes sunt determinantes a mauritania africam.

**B** AAL mons Ermon circa libanum in finibus Alopilorum est. Aliqui eum dicunt Baalermon: quem ego sic uocari arbitror.

**B** Albus mons est africae insignis latebra Massinissae regis a Syphace suu pari. Est. n. fontibus abundans & pascuis: agroque carthagenensi ppiquus.

**B** Alsta mons galliae cisalpiniae: situs apud ligures.

**B** Argillus mōs phoenicū syriae cōterminus ē.

**B** Arbastenes mons est laconum: non amplius. x mil. passuum a Lacedaemone distans.

**B** Ebius Capaniae mōs ē: ignē adinstar aeternae fyculae uaporans.

**B** Efegor & Fegor mōtes moabitae sū: quorum in summitate Balaam ariolus a Balaac rege deductus est: ut malediceret israelitis.

**B** Erecinthus mons est Phrygiae: in quo dudum Cybelle mater deum ritu gentilitico persanctissime colebatur: a quo etiā Berecinthia dicta est.

**B** Eris super miniandam in armenia mons est: in cuius uertice arbitrati sunt ueteres multos tempore diluuii saluatos. Nec desunt qui dicant ibi

dem archam applicuisse Noe: & diu post offensam ab incolis: seu eius reliquias extitisse.

**B** Inon promontorium ultra Cyrenem est: inter duas Syrtes protensum maiores claudens.

**B** Lagnia mons est hybernię. cuius in radicibus tres nobiles scaturiunt fluiui: Berua: eorus: & syrus: omnē fere irrigantes insulam.

**B** Oreas mons ē Epyri dyrrachio pximus.

**B** Orion promontorium numidię: sic a graecis dictum: q̄ a borea uento infestetur ei quidem Hyporegius superimpositus in Hyponis nomen permutatum.

**B** Rurinum hispanię promōtorium est.

**B** Rutium pmōtorium Italię in ionium mare tēdēs: haud lōge a caulona & Consentia.

**B** Raç mōtes sunt disferminantes mauros superiores & ḡthiopes posos a radicibus nigrēsum fluiuiū effūdētes.

**B** Rilesus atticę regionis mōs est.

**B** Vli mons ē Syrię: haud longe a gari.

**C** Aas mons est Syrię in tribu Efrain: insignis tumulo Iesus fixus in Naue. Nam diu apud uicantanam sepulchrum eius ab incolis forensibus ostensum est.

**C** Adistus seu calistis cretensium mōs est adeo in uertice cadens: ut a nauigātibus nubes poti⁹ arbitrentur q̄ uertex.

**C** Aema mons ē alpiū dirrimētiū togatā galliām a comata: ex quo uarus fluiuius emittitur.

**C** Aphareus mōs est Euboeę altissimus: promōtorium faciens: quod in belspōtum protenditur: apud qd plurimi gręcorū a troia redeūtiū fraude Naupli cupienti ulcisci mortem Palamedis filii sui iniuste perempti periclitati sunt.

**C** Aldone promōtorium indię p̄pinquū flumī falso: haud longe a loco ubi quōdā Euftratis hostiū.

**C** Alicandrū Asię minoris promontorium est: terminus nauigationis a Romanis positus Anthioco magno ab eis superato

**C** Alidromus Achaię est promontorium: haud longe a sinu maliaco

**C** Aligon promontorium est in oceanum orientalem tendens.

**C** Alpe hispanię mons est: totus fere in mare prominēs: Abilę qui ī mauritania est oppositus: quem ut de Abila dictum est: alterā herculis colūnā uetustas credidit asserens eum cum Abila separatum: & inde oceanū mole montis ante retentū in medias exundasse terras: angustoq; freto Europā ab africa seperasse. Sunt pręterea qui uelint apud sicilię pharū Calpem alium esse.

- C Alon seu Chion promontorium cretense in occidentem vergens.
- C Ambalid<sup>9</sup> idem mons est: & Caucaſi ramus: sub quo Meſſaleng<sup>9</sup>: & idem molliſſimus in bactrios traſitus.
- C Amenta Cypri promontorium est: Solem ſpectans occidentem.
- C Anaſtreum macædoniæ promontorium est: cui Sena proxima.
- C Anatus citerioris hispaniæ mons excelsus est: cuius (ut aiunt) in uertice lacus profunditatis imperſcrutabilis colore niger: de quo miranda referunt incolæ. Dicunt. n. ſi quis lapidẽ: aut aliqd durũ in eũ iecerit: cõfeſtim tẽpe ſtatẽ oriri: eiufq; in abdito ſpecu palatiũ eẽ dẽmonibus: & alia plura meo iudicio fabuloſa.
- C Andania mons est Epyri: a Dyrachio diſtans. lxxxviii. mil. paſſuũ.
- C Apitolinus mons est romę: eo ſic dictus: q̃ cum in eo fundamenta foderentur ædis Iouis: humanum caput inuentum dicitur. Antea quidem tarpeius dictus a uirgine veſtali Tarpeia: quę ibi a ſabinis necata atq; ſepulta: & adhuc eius ſaxum tarpeium appellatur. Hunc eũdem montem tradiderunt ueuſtiſſimi ſaturnum appellatũ: & ab eo late ſaturniam terrã: & in hoc antiquũ etiã fuiſſe oppidum: cui ſaturnia nomen: cuius in lõgũ poſtea tria manſere ueſtigia. Nam ſaturni fanum in eius fuit faucibus & ſaturnia porta: quam poſtea uocauerunt Pandanam: & poſt eãdem ſaturni in ædificiorum legibus parietibus ſunt poſtici muri ſcripti.
- C Apontes uel Catopen ſecundum alios mons est Sithis proximus: cui<sup>9</sup> ſub radicibus haud longe a Zimara ſeu Zizima dicunt Euphratẽ oriri:
- C Aralitanum promontorium puto Sardiניę ſit: uerſus africã tẽdens.
- C Ardenni mōtes ſunt armenię maioris: in quibus archam Noe reſediſſe ceſſante diluuiõ a nonnullis traditũ eẽ.
- C Ardidum promontorium africę est: Sardiניę aduerſũ.
- C Arina mōs cretę inſulę eẽ: ex quo mirabile recitat. Aiunt enĩ cũ mollis ſit nec aplius. ix. mil. paſſuũ ambitus: intra hoc ſpatium nullas reperiri muſcas: nec mel ibidem factũ nuſq; attingãt.
- C Ariobarzanes mōs eẽ inter maſſagetarum parthoſq;.
- C Arigini Samarię lætiſſimus mons est ciuitati Sicioniorũ ſupereminẽs
- C Armenię promontoriũ puto p̄fici maris: cui iũgũt̃ populi Armogei: & ibi portus macædonũ eẽ & arę Alexãdri.
- C Armelus Phoenicum mons est: Heliaę prophetaę ſpectabilis manſione: & oleis arbuſtiſq; & uinetis cõſpicu<sup>9</sup>: per dietas circiter duas diſſict<sup>9</sup> Huius in radicibus palus est cendebora: ex qua progreditur bellus fluuius arenas trahens ad uitrum conficiendum criſtali emulum ceteris præualentes.
- C Armelus mōs alter a ſuperiori in gallia est: de quo naba.
- C Artandrus mōs eẽ inter perſas moedolq; poſit<sup>9</sup>.
- C Aſinus mons est campanię: ubi dudum Apollo colebatur ab incolis.

cuius fanum destructum a Benedicto sanctitate insigni uiro: sub beati Martini titulo ad honorem ueri dei celebris ecclesia cōstructa ē: & eo loco: in quo ara apollinis erectum est altare: ac sub Ioānis baptistę nomine consecratum.

C Asirrus mōs perfidi propinquus: cui appositę urbes Seleucia & Susinare

C Asius Syrię mons est: haud longe ab antiochia: sub quo olim silentia libera Pieria appellata. Hic mons altissimus est. Nam ambitu ad cacumen .xviii. mil. passuū dicitur: altitudo autē per directum quatuor .mil. passuum. Et de eo antiquitas mirabile quoddam refert. Afferit enim quatuor noctis uigilia in orientem per tenebras Solis globum surgentem uideri: & sic paruo corporis flexu surgētē Solem: inde pfundissimā noctē intuetur aspiciens.

C Asius mons alter a superiori. Hic enim in Arabia est: Pelusio Aegypti conterminus: haud longe a loco qui dicitur Astracine: nobilis sepulchro Pompei magni.

C Aspius mōs sub Boreali plaga cōstitut⁹ ē: & ab eo caspiū mare: cui cōtermin⁹ ē: denominatum.

C Astali⁹ mōs in delphis: musis sacer.

C Athabathmon mons parthonio propinquus est: cui & alexandri castra uicina sunt.

C Atacrisea montes sunt in eo deserto: per quod transitum fecere filii israhel ab Aegypto in terras promissionis uenientes. Hos quidem auro fertiles aiunt: eosque penes perhibetur Moysem librum de uteronomio descripsisse.

C Atillus mons ē ppe Tyburī ciuitatē Romę uicinā a Catillo fratre Tyburti cōditoris tyburis denominatus.

C Caucasus orientalis mons & famosissimus est. Is quidem secundū quosdam inter oleos: qui sunt ad Cimericum mare: & albanos ultra Caspiū sub septentrione iacentes eleuatur: primo & perpetuo iugo usq; in orientem extremum protendi uidetur. Secundum uarias illi nationes adiacētes uaria fumens nomina. Eumq; Taurum montem seu tauro monti iūctū credidere plurimi. eo q; pcoatras armenię mōs iter tauꝝ & caucasū posit⁹ illos iūgere uideat. Sed flui⁹ eufrates ex percoatra descendens: & in meridiē defluens: & ad sinistram taurum derelinquens: esse disiunctos ostendit. Et sic a dextris inter oleos ad albanos ubi portas habet incipit Caucasus: sic dictus: eo q; semper eius uertices niue candeāt. Nam incolarū lingua candor dicitur caucasus. A portis autem caspiis ad armenias usq; pilas: seu ad tygridis fontem inter armeniam & hyberiam: qui uertices. Caucaſi sunt acrocerauni appellantur: de quibus supra. A fonte autem tygris usq; carras iter parthos Massagetarq; Ariobarzanes noīatur. A carris usque ad Cadippi oppidum inter Bactrianos & Hircanos

- moniamali dicitur a nomi ibidem nascentis insignis: a quo colis subsequens dicitur parthau. Ab oppido uero Cadippi ad Saphri uicū iter duas sarcaraucas et parthionalis mons est obscobares: ex aequo gantes & lacer exundat. A fonte gāgis usq; ad fontem fluminis orthogorre: qui a septentrione est ubi montani paropanifade taurus est A fontibus orthogorrae usq; ad orthogorre ciuitatē inter hyrcanos & scythas & gangaridas Caucasus est. Ultimus autem inter eos & Pasiadras mons Ianibus uel Imauus: ubi crisotoras fluuius & Samara promontoriū ab orientali excipiuntur oceano: & sic imauus extremus est Causas. Alii taurum totum hunc uolunt: eumq; ab oriente nostrū usq; mare deducunt. Caucaso huius tā longi montis nil pręter particulam orienti propinquā donātes.
- C Aulon Calabriae seu Bruciorum mons est in finibus Italiae freto sicilię propinquus: baccho fertilis: & cui eiusdem nominis oppidū fuit.
- C Alidonium ultimum est tauri promontorium: in nostrum effusū mare
- C Elius mons est a cele Iubeano nobilissimo duce tusco dictus: eo q̄ Romulus aduersus latinum Regem cum auxiliariis uenerat inclytus quidem multis titulis: Sed nec minus insignis est: q̄ in eo poeta Ennius habitauerit.
- C Eliticum promontoriū hispanię in oceanū procurres.
- C Enū promontorium in septentrione directū.
- C Enus extremū Italiae promontoriū uersus peloz sicilię tēdes: nō amplius. xii stadiorū interuallo distātia.
- C Erason chriseon promontoriū ppontidis: in quo lizantium oppidū cui postea nomē cōstantinopolis.
- C Erauni montes in Epyrro oriuntur: & ex inde continuo iugo ripheis iunguntur: a parte altera in Euxinum & Meotida atq; Thanaim cadūt Altera uero in Caspiū.
- C Erci mons est haud longe a thessalia: a Merope quippe eunti Thessaliam inuenitur.
- C Espius urbis mons est regione exquilis apud eadem iunonis Lucinę:
- C Hildardus mōs ē hybernio.
- C Himerā (ut uideant loici quia aliquid sit) mons est Cilitię apud Phaselitas carinam a Licia determinans. Huius quidem summitates perpetuis flagrant flammis: quae quidem augentur aqua super infusa: terra uero iniecta extinguuntur. Alit pręterea mons iste circa summū leones paulo autem infra capreas: suntq; radices eius serpētū plenissimę. Bello rophon aut Glauci filius hūc purgauit noxiis: & habitabilē fecit: a quibus fabulę locus adinuētus ē.
- C Ibiani montes sunt thracię: in quibus Caister fluuius oritur.
- C Illenius mons est archadię: celebris natiuitate Mercurii.
- C Imborum promontorium sub septentrione: & in oceanum aquilonarē

Secundū loicos chimera nichil est per h  
mōs est ideo false loici putat



protenditur.

- C Ibelus phrygiae mons: in quo cibeles deum mater colebat: olī denomi-  
nata cibeles ab eodem.
- C Ibotus mons olim fuit: & in eo oppidum nomine caritate: qui terrēmo-  
tu absortus est una cum oppido.
- C Iliminus etrurię mons ē: in quo & eiusdem nominis lacus.
- C Inthi? mons ē insulę Deli: famosus Apollinis natiuitate cuius tā gran-  
dem magnitudinem dicunt: ut umbra sua aegei maris ambitum tegat.
- C Ireneū promontorium in asia minori haud lōge a mōte Mina.
- C Irces seu circeus mōs italię & Caietę propīqu?: sic a Circe uenefica quā i-  
bidē habuisse regiā uolūt denominatus. Eius in sūmitate & oppidū ei-  
dem nominis fuisse p̄grāde dicunt. Pręterea asserunt hunc olim a conti-  
nēti fuisse disīctū: non quidē freto sed paludibus: & Oseū alias Othe-  
um ante nominatum ab horrore transeuntium credentiumq; ibi homi-  
nes in belluas transmutari. Tandē ex albanis mōtib? limus effluēs cōple-  
tis paludibus eum fecit terrę cōtinuū.
- C Irra mons ē Phocidis seu uertex alter Parnasi mōtis: i quo olim celebre  
toto orbi oraculū fuit Apollinis.
- C Itheron boetię mōs ē poetarū carminibus celeberrimus: nec longe athe-  
nis extollitur. Aliqui partem Parnasi putant a citherone quodam deno-  
minatum. In hoc enī p̄cipue colebatur Bacchus: secundum autem alios  
Venus: eāq; dicūt ab eo Citheream fuisse uocatam.
- C Ithorius mons est Paphlagoniae abundans buxo in spatium .lxiii. mil.  
passuum porrectus: loco ueneto clarus: a quo uolunt Paphlagonios in  
Italiam cū Antenore trāsuectos uenetos appellatos.
- C Itria promōtorīū ē Carię: esto sint qui dicant illū Deli montē.
- C Ilareus mōs orientalis ē in regione quę dicit̄ apouertene.
- C Larius est mons Colophonę: in quo colitur Apollo: & ab eo clarius  
nominatus.
- C Libanus mons apud calabros ē: haud longe a lacinio p̄mōtorio.
- C Limax ęthiopię mōs ē secus rubrū mare: ubi honesti homines & rubri  
maris tenentes imperium foemīę plixis barbīs insignes uenationibus  
uacātes tygresq; habētes pro caib?: & pardos etiā nutriētes.
- C Ordei moedorum sūt mōtes.
- C Ophantus Bactrianorum mons est: nocte flāmas emittēs e uertice.
- C Olaycū indię p̄mōtorīū in taprobanē insulā sese ferētē.
- C Orambus promontorium Paphlagonum in ponto: haud longe ab am-  
ne parthenio.
- C Orax Oetholię mōs ē altissimus: inter Calipolim & Naupactū.
- C Orax mons est non longe Tyburī a Corace fratre Tyburti conditoris  
Tyburis dictus.

- C** Oreb mōs regionis Madiā ē iuxta sinū arabīę iminēs: q̄ qdē ueneran-  
dissimus ē ob crebrā iā dudū ueri dei apparitionē.
- C** Oritus Cilicię mōs ē insigni specu memorabilis: qui in summo montis  
uertice corito oppido supereminēte: ap̄lo satis hiatu pat&: & in pfūdū  
demissus quanto magis demittitur tanto amplior efficitur: & undiq; pu-  
bentibus lucis adeo pulcher atq; admirabilis se ituentibus aperit: ut mē-  
tes admiratione consternat: qui cū & assuefactos non faciet: per descen-  
sum unicū & angustum atq; asperū. m. d. p. iter amoenas umbras & opa-  
ca sylvarum riuus hīc inde quoddam agreste sonantibus. Ast ubi in finē  
descēsum est: specus apparet alter: uex Cymbalorum sonus terret adēū  
tes ingressu primo: & aliq̄ diu spectabilis incedenti fit obscurior: & ingē-  
tis amnis se extollentis frons aspicitur: qui ubi paruo cursu maximum  
demonstrauit impetū: conditur. Intra uero spaciū horribile & icognitū:  
angustum tum sacrumq; adeo ut a diis habitari ueteres credidere incolę.  
Alius pręterea specus ulterius est: quem Thiphoneum uocant angusto  
ore: & (ut experti tradidere quidam) press̄ & assidua nocte suffus: eūq;  
dicunt aliquando Tiphonis fuisse cubille: & in se dimissa confestim ex-  
animat. Memorandus ast & fabula & natura. Mons autem extrorsum  
Croci plurimum ferax est: adeo ut sint qui credant ob hoc illi nomē Co-  
ritus positum.
- C** Oris thessalię mons est serpentes producens: quibus Sypas nomen est:  
non proprium habentes colorem: sed loci silēni in quo morant̄ summē-  
tes: morfu quidē non aspero sitim ingerunt & insanabilis est.
- C** Oritus mons creditur beturū a Corito uetustissimo rege Electrę uiro  
& Dardani patre: Vna cum oppido in eodem existente denominatus.
- C** Orsicus mons est ultra hiberiam & byrcaniam: ex quo nascuntur ex ui-  
cinis fontibus cyrus et Cambises ingentia fluua.
- C** Oronę Achaię promontorium.
- C** Reon mons ē in insula lesbos.
- C** Rimoca promontorium Euxini maris arduo supercilio.
- C** Rife promontorium est oceani oriētalī apud seres.
- C** Rocodillus cilicię mons est a parte amanni fluū.
- C** Rocus mons est in creta insula.
- C** Rotonius mons Achaię: pisę ciuitati supereminet.

- D** Adai montes sunt indię olim Cliopedis reginę propinqui.
- D** Dardanus mons est Apulię.
- D** Delphicus mōs iter bystriam & mētoriā eē fertur: cuius in cul-  
mine existētes aiūt ex lōginquo nauigia ueniētia cernere.
- D** Icteus Cretę isulę mōs est a Dictea nymp̄a: quę in eodem colebatur di-  
ctus: qui quidē adeo in uerticibus albus: ut a nauigantibus q̄ uertices po-

tius existimantur. In hoc aiūt iouem: quem deum stolidi arbitrabāt: absconditum a matre & a curetis nutritum.

- D** Imafcus mōs ē in micono insula.  
**D** Indimus mōs est phrygię: in quo galli sacerdotes Cybeles & sacra Matris deū celebrare & se abscindere cōsueuerant.  
**D** Inarete promōtorium insulę Cypri.  
**D** Iomedes pmontoriū in dalimatia.  
**D** Iptamon Cretę insulę mons est abundans diptamo herba: a quo & ipsa nomen fortita ē.  
**D** odona chaonię mons ī quo & sylua eiusdē nomis: & ī ea olī fuere quercus e quibus columbae cōsueuerant respōsa dare quęretib⁹.  
**D**olorofus mōs in anglia ē.  
**D** repantiū promōtorium ē sicilię.  
**D** yrachium epyrri mōs ē: ubi castę ē qđ petra dicit̃.  
**D** uriscos pmōtorium ē atticę regionis.

**E** Bbitei montes sunt apud bathimos ad oceanū meridionalem  
**E** bron mons est palestinatorum haud longe a Gaza Syrię ciuitate: cuius in uertice olim sanfon noctu gazae ab hostibus inclusas portas uectesq; detulit.

- E** don mōs Thracię est.  
**E** ffram Iudeę mōs ē: in quo olim Sicem Fugitiuorum ciuitas fuit.  
**E** gialeus atticę regionis mōs ē.  
**E** latus Cephalanię nobilis mōs ē.  
**E** leome mōs ē macedonię.  
**E** licon Boetiae mons est musis dicatus: celebrisque poetarū carminibus. ex quo inter alia flumina parmes⁹ egreditur.  
**E** Mimodimnus mōs ē hyberię pōticę.  
**E** mochi montes sunt indie.  
**E** modus mōs pars caucasi creditur: quem cū superioribus quos emochos uocant idem credo.  
**E** mus mons alqui dicunt thessalię sit: & ī eo locum describunt qui Tēpe dicitur. Alii uero Thracię attribuunt. huius celsitudinis adeo grandis fama fuit: ut crederetur ex huius uertice Adriaticū & Euxinum mare posse discerni: quod experturus philippus demetrii filius macedonię Rex: illum conscendit: nec absq; labore plurimo. Nam circa medium adeo ramorum arborum innexione densum inuenit: ut praeter impeditum iter nonnūq; cęlum uix cernere possit. Et cum post diem tertiam ab icoepto a radicibus itinere deuenissit in culmen: contacta nebulis omnia cōpit & uulgarę opinionis omnia falsa: & sic spe frustratus: duabus aris ioui soli in uertice consecratis descendit. Hinc una cū Rodope & Orbelone

- sacris liberi patris & Moenadam ceribus Orphea uate primum ficiate  
 celebris fuit: qui uasto iugo procubens in pontum oppidum habuit in  
 culmine aristeum. Volunt alii q̄ ēnius ea ī parte quam aratores celebrāt  
 tythe ostendat tumulum Pollidori: ubi Gramen alias geraman urbs:  
 quā uocant barbari Catiton: & ex ea ferunt Pigmeos fugatos a gruibus  
**E** os mons ē ad arabicū mare.  
**E** popon dudū mōs pitecusay: isulę cāpano ī sinu: ex quo cū repente flā  
 ma emicuiſſet: ī p̄cessu cāpeſtri solo exquat̄ ē.  
**E** racleum p̄mōtorīū ē colchoꝝ.  
**E** rcinius germanię mōs insignis est.  
**E** ridanus mōs ē Dyrachii.  
**E** rimātus mōs finib⁹ cōstitut⁹ ē archadię: ī quo hercules Aprū cū c̄ta uastā  
 tē uiuū coepit: eūq; euristeo detulit regi.  
**E** rix sicilię mōs est drepano prop̄iquus: cuius in sūmitate fuit olim Erici  
 nę Veneris templum ab Ericē eiusdem filio & a quo denominatus est  
 mons: constitutum. In hoc autem ab Aenea Anchises secundum quos  
 dam tumultatus est.  
**E** rminius mōs Lusitanię in hispania.  
**E** rmon mōs amorreorum ē ultra iordanem: quem phoenices uocant Sa  
 nor: & Amorrei Sanir: cuius in uertice insigne fuisse templum summae  
 celebritatis apud gentiles dicitur. Distat duobus mil. passuū a Tabor: &  
 eius est adeo uertex frigidus: ut ex eo ad delicias nobiliū exstiuo tēpore fe  
 rant̄ niues tyrū.  
**E** speruceras p̄mōtorium extremum afrię ē aduersus dorchadas insulas  
 olim gorgonū domos: & thyopū hesperorū cōfine.  
**E** sperus mōs & thyopū ē sub africo situs.  
**E** Stie p̄mōtorīū Bosphori ē.  
**E** Theodōtia mōs ē gręcię Termopilis supereminēs.  
**E** Tna mons in medio Sicilię orbi toto celeberrimus fama: & cum subli  
 mis plurimum sit: solitusq; e culmine cęlso globos ignis emittit: hodie  
 deficiente iam subterraneo sulphure solum fumos emittit. Cuius in sū  
 mitate duos esse crateres: e quibus olim eructabat flamma dicunt indi  
 enę. Circa quos asserunt eum esse cinereum & niueum ut plurimum te  
 ctum: cum circa radices amoenissimus montium sit: limpidissimis fon  
 tibus & fructibus abundans. Et quoniam persepe terra motibus agita  
 tur regio: fabulam finxere ueteres eū scilicet a Ioue Tiphei capiti super  
 impositum quasi suspirans Gigas flammam emittit euomere omnem  
 & tremere: dum frustra excutere. In hoc oppidum ingens ex sui nomi  
 nis olim fuit.  
**E** ualegon mōs ē haud longe a Sigeo troianoꝝ p̄mōtorio.  
**E** ugameus mōs ē uenetię: quē (ut quidam putant) icolę dñt hodie paduanū

patauius proximus.

Euprosepon promontorium syriæ est non longe a sydone.

Eurotas mons est Laconicæ regionis.

**F**alarium promontorium est Corciræ insulæ: ex quo in mare protenditur scopulus: quem a similitudine Vlixis nauem fuisse dixere uetusti.

Falernus campanicæ montis est: optimi uini ferax.

Faneus promontorium Chii insulæ: & in alios siciliæ uertibus constitit: & a faneo rege olim denominatus.

Faradi mons est seu uertex ydgæ montis troiani.

Fasga mons est supra iordanem in terra Moab contra ierico: sub quo ienua ciuitas in campo Moab.

Ferraria promontorium hispaniæ: sub quo Hyberus fluuius ingreditur mare.

Fesulæ mons est biceps Florentiæ iclytæ Tusciæ ciuitati supereminens: oliuetis plenus: ex quo si lapides qui plumbei sunt excidantur: breui temporis spatio nouis incrementis restaurari compertissimum est. Fuit & in culmine huius eiusdem nominis uetustissima ciuitas ruinis semestestantibus.

Ficontra promontorium est africæ importuosum: haud longe ab his oris quas dudum testatur aliqui tenuisse lotophagos.

Fiondis thessalicæ mons Mæpheus uocatus olim.

Fiscellus Italiæ mons non longe a thyberi fluuiio.

Fogor moabitæ mons est: ad quem Balaach rex deduxit Balaam ariolum: ut malediceret israelitis.

Foloe mons est thessalicæ: in eo quondam centauri nati sunt. Alii Arcadiæ montem dicunt: nonnulli thracicæ.

Forgius æthiopicæ mons excelsissimus.

Fralus oetholicæ mons est haud longe a promontorio antirrhino: ubi hostium corinthiaci sinus.

**G**abaa mons est iudeæ in Tribu beniamin: haud longe ab ierusalē

Gabalo mons est in terra promissionis: in quo iussu moisis altare constitutum est.

Gad mons est in deserto Sanai: quem penes castrametati sunt filii israel.

Gage mons est minoris asiæ: in quo ceridalla & rhodiopolis sitæ sunt.

Gagus mons est minoris asiæ haud longe a pathara: credo idem cum superiori

Galaad mons est ad tergum phoenicis & Arabiæ Libano copulatus: & in eodem ciuitas eodem nomine dicta: quam coepit Galaad filius Machir de manu Amorreorum: & tam monti quam ciuitati nomen suum imposuit. & ab

- eo olim galadites regio nuncupata ē.
- Galeo** mons atticę regionis.
- Gallieanus** campanię mōs ē: & iminē agro falerno: & eidē cassilin⁹.
- Gallidromon** mōs ē: seu aliud ex cacuminib⁹ iminētibus termopilis.
- Galmada** mons supra idumeā & samariā.
- Gargara** P brygię mons: seu summus idē montis uertex. Nam gargara dictus: qui caracaros quod caput capitis sonat. i. altitudo altitudinis: ubi tēplū olim fuit Iouis.
- Garganus** apulię mons est sinistrorsum ab apoenino in adriaticum ueniens mare: cuius in radicibus si Pontū ciuitas olim a Diomede montis uictore condita. Secus hunc Metapontum dicunt: ubi palladis helinitis templum fuisse aiunt: in quo diu seruata sunt Epii frumenta: quib⁹ Durium equum apud Ilionem fabricauerant: & apud eundem asserunt locum fuisse Daunię nominatum: in quo palladis Achaicę templum: ubi bipennes gręę: & arma diomedis sotiorum deposita diu ostēsa sūt. Dicūt pręterea ibidem fuisse canes: gręcis uenientibus laeta garrulitate blandiētes. Sed qđ lōge maius & uerius atq; uenerabilius est: hoc in mōte āno ab incarnato uerbo. cccc. lxxx. Zenone principe iꝑerante Romanis diuino munere michaelis archangeli specus incolis ostēsus ē: in hodiernum usq; celebris: & sūma a christicolis deuotione uisitatus.
- Gari** mons est Syrię: & secundum alios dictus garius in Samaria: in quo Tusci populi ab Assyriis in Samariam missi relicto Ierusalem diis suis altaria construxerunt.
- Gaulaleus** Mauritanię mons est: & ab eo circūhabitantes gthyopes gaulales dicti sunt.
- Gaulān⁹** Cāpanię mons ē puteolis baiisq; uicinus.
- Gaurus** Cāpanię mōs ē pꝑinqu⁹ massico mōti atq; Surrēto.
- Gazarim** mōs seu garizeus in iudęa est: supereminens Sicionioꝝ ciuitati.
- Gebal** mons est iudaeę oppositus gazari: qui & hebal nūcupat⁹ ē.
- Gebbēna** gallię mons est inter auernos & eluios medi⁹: & i eo ciuitas posita: cui geuna nomē est.
- Gelboe** Syrię mons est. vi. a Scitopoli lapide: in hoc qui saul primus iudęorum Rex a Palestinis uictus occisis filiis ab Amalechita iuvene percussis pręcibus obtinuit: maledictione dauid successoris ei⁹ nec ros nec pluuia postea cecidit.
- Gerafenorum** mons est trans Iordanem: in quo Alexander iudęorū rex mortuus est.
- Gerestrū** Euboę promontoriū: africam spectans.
- Gerionis** montes in Italia prope Iermatem agrum sunt.
- Gibel** mons ē iudaeę: sub quo Ior & Dan fontes ex libano prodeuntes iordanem fluuiū iuncti faciunt.

- G** Inidos minoris asię promontorium est: in quo dudum ęthyopia libera.
- G** Ion mons est iudaeę: apud quem Salomon fuit inunctus i regē iudeorū & dyademate insignitus.
- G** Irim mons ē apud garamantas: in quo nasci gemmas uetustas testata ē.
- G** orditanum Sardinie promontorium: in conspectu habēs afulcēsū & aenosim insulas.
- G** rim mōs ē citerioris hispanie mari cōtiguus.
- G** racius mons pbrygie ē xanto flumini pximus.

**I** Agrus mons est ex armenia inter mędos adiabenosq; ueniēs supra param & Cenem.

**I** ambus mōs est caucaso monti iūctus: diuidēs indiā a sythia superiori & inferiori.

**I** aniculus unus ex montibus urbis: i betruria quidem positus: & sublicio ponti iunctus: a Iano ut creditur olim romanoꝝ deo nūcupatus.

**I** bla mons attice regionis seu sicilie ē: thimo abundans & melle.

**I** carus mons attice regionis ē.

**I** da mons est pbrygie haud longe ab ilione & bellepōtiaco supereminēs mari: memorabilis in iudicio paradisi: ex eo quidem mirabile quoddam retulere ueteres .s. Solem surgentem longe aliter q̄ in aliis terris conspici. Nam in tanto ab hoc ex summo montis a pice cui Gargara nomen a media fere nocte passim ignes micare uidētur plurimi: diu tandem nocte in diem eunte: qui sparsi fuerunt in unum cōuenire: donec in unam emicēt flāmam. Quę postq̄ diu grandi incendio similis clara uisa ē: sese in rotundam formam cogi cernitur: & ingens factus globus terris apparē & annexus: deinde paulatim decrescere & lucidior effici: donec iā fugatis tenebris sese extollat i altum sol factus. Et ex hoc pręterea monte sca māder: qui et xantus & Simois fluuii longe fama maiores q̄ undis copiosi: & alii scaturiunt plures.

**I** dalius mōs in Cypro Veneri sacer ē.

**I** deus mōs crete isignis plurimū apud ueteres: eo q̄ in eodē iouē absconditum a matre Rhea & clā nutritū credant antiq; eiusq; sepulchrū in eo a prisca diu uisitātū est.

**I** drus calabrie mons ē: unde oppido nomen idruntū.

**I** eris promōtorium ē elidis: haud longe a pisa.

**I** mabus orientale promontorium est ab emodis montibus in mare oceanum se tollens. Sonat quidem imabus Iarica lingua niuens: extremus quidem Caucasus est.

**I** metus mons inrer cęteros attice regionis obtinet pulchritudinis principatum. Nam floribus nitet: thimo abūdans & optimo melle: & i eo (ut dicunt) nascitur herba Carisia: quam mulieres ut ardentius appetantur a

uiris brachiis alligare consueuerunt.

- I** narimes mons olim fuit insule prochyte: ut scribitur. Sed ego credo eius que hodie iscla uocatur aduersa Meleno: & sub eo finxere poetę: eo quod altissimus fuerit: & ignes more etnae euaporauerit: Iouem caput suppositum esse Tiphei. Hic quidem mons a perpetuo igne introrsum fere consumptus: a terręmotu excussus: & in mare deiectus est: fecitque ex se longe ab Iscla isulam aliam: quam indigenę prochytam uocauerunt: eo quod ex propinquo ceciderit mons: ex quo edita sit.
- I**ouis mons in hispania est occidenti oppositus: cuius eminentia: quia iter exigua cautiū spatia cōsurgit hānibalis scala appellata est.
- I**spanis mons scythię est.
- I**perborei montes sunt Scythię in asiatico oceani littore sub ipso cardine siderū hyperborei dicti: eo quod ultra eos fiat Boreas.
- I**poplatus mons est Licię seu Cilicię: haud longe a thebis liciis: quibus olim dominabat ietioni pater Andromachę uxoris hectoris.
- I**mpius mōs secundū quosdā in bitbinia est: & sub eo picopolis fuit ciuitas alii illum dicunt ilioni propinquū & post eum insidiis latuisse gręcos: & hinc sūptū: quod ex equo qui ippos gręce dicitur prodierint. Sane bitbinia troadi cōtermina est: & is forte mons medius iter eas.
- I**pixorus mons est macedonię.
- I**raneancos mons est germanię: ex quo dicunt Danubium nasci.
- I**rmie promontorium est achaię.
- I**rpinus mons est Sabinorum: in quo optimi nascuntur equi.
- I**samus mons est poeniam a media seperans: in quo nascuntur animalia menopē nominata boui similia: quibus pregrandes comę a colo pendēt & usque in oculos a ceruice.
- I**schinie promontorium est thessalię super demetriadem ciuitatē.
- I**smarus thracię mons est pro parte asperrimus: & in residuo uinetis oliuetis que abundantissimus. In hoc nonnunquam Orpheus cythara canere consueuit.
- I**sparus promontorium in ora ethyopici oceani est: se ptedens in mare: quod azanium appellatur.
- I**tabirus mons est iudeę: apud quem Alexander Aristoboli regis filius & iudeorum rex a Gaunio Romanorum duce superatus est.
- I**sthmos mōs in quo sita Corinthus est ciuitas. Hic ex achaia in reliquam gręciā tandem spatio seperat Ionium mare ab egeo.

**L**Aciniū promōtorū est italię: inter adriaticum & Ionium mare in eorum tendens: insigne quodam Iunonis lacinię tēplo: haud lōge a petilia ciuitate.

**L**ampęus arcadię mons est.



- L**amus mōs est Carię nobilis ob Endimionis fabulā: quē aiūt a launa dilectū in eodē obdormiuisse.
- L**aternus & hic Carię mōs ē: i quo quidā tradūt hospites a scorpionib⁹ nō lēdi: cū ab eis indigenę occidāt.
- L**arinius mons est circa Romam: in quo tradunt fuisse lupercal ludricum ab Euandro Arcade institutum: in quo nudī iuuenes per ludū atq; lasciuā decurrebant.
- L**ecton mōs troadis est: seu idē potius uertex.
- L**entus arcadię mons est.
- L**eptis mons est mitileng.
- L**epteterea promontorium est indorum ad oceanum meridianum: haud long a maleo insula.
- L**eibeum promontoriū ē Corinthiorū.
- L**eto mons est gallię cisalpinę apud ligures.
- L**eucaloniū promōtorium ē Pamphilię.
- L**eucata mons est altissimus in promontorio Epyrri: quod leucopetra dicitur: iuxta ambrachiam ciuitatem: quā postea Octavianus cęsar superatus ibidē Antonio & Cleopatra Nicopolim appellauit: & templū Actiaeo Apollini constituit. Hunc alii promōtorium leucatē uocant: & nōnulli leucatē dicunt eē arabię. Alii uero leucatas promontorium propinquū Bityniæ uolunt possibile ut ubiq; sint: cum certissimum sit Leucatam mōtem esse Epyrri.
- L**ibanus mons phoenicum altissimus: a thure dictus: quod ibi colligitur: in sacris litteris mons celeberrimus. Alii dicunt eum arabię montem: cū sit medius inter arabas & phoenices. Ex hoc quidem albana & farfar & iordanis flumina & alia oriunt: muro quondam iunctus fuit antilibano monti: de quo supra.
- L**icabefos mons est atticę regionis: oliuetis conspicuus.
- L**ibetras mons ē oetolię musis sacer: a quo & ipsę libetrides appellātur.
- L**icaeus mons est arcadię pinetis clarus: & templo Panis: in quo eum natum asserunt.
- L**icius mons est gręcię medius inter Meropum mōtem & macedoniā & thessaliam epyrrum.
- L**icoronis mons arcadię est.
- L**ilibęus promontorium sicilię in occasum respiciens: a ciuitate ibidem posita nominatum.
- L**ibanus mons ē syrię: ex quo orontes fluuius oritur.
- L**itricus mons seu montes deserti mauritanię.
- L**ura mons gallię inter sequanos & aluceros.
- L**uretilis mons est Sabinorū.
- L**ucrinus mons est in extremis italię: cui & locris ciuitas imposita: peloro

oppositus: & a quo lucrina palus.

- M** Acroceni montes sunt ab Istro flumine non longinqui.
- M** Magnaua mons est in gallogræcia: apud quem a manlio uulfone pugnatū est cū thelostobagiis & testofagiis & obtēta uictoria.
- Malleus** seu malles mons est in india apud orestas Monedes & Smaros: Cuius montis umbra estate ī austris hyeme ad septētrionē uergit: nec amplius .xv. noctibus ex eo uidet̃ septētrio.
- Malea** seu maleum promontorium Laconię ē quod .l. mil. passuū infra mare protenditur: adeo undas impellens: ut nauas persequi uideatur. Ex quo narratur q̃ cum conscendisset in eo maleus Tyrrenorum rex: qui tubam græā primus inuenerat: & piratica mare infestabat: in eo tēplum Apollini consecrauit: eumque maleotrē nuncupauit: & monti aequae a se imposuit. Alii dicunt achaię eē mōtē: & q̃ ibidem ueneretur apollo. & q̃ ex eo Amphiarao uati auxilia missa sint.
- Mallus** mons est: cui proximi sunt mandei & mali quorum mons mallus qui tractus est Gangis.
- Mambre** mons est iuxta ebron: ubi credimus ab opifice reꝝ deo parentem primū fuisse plasmatū.
- Marathon** mōs aticę regionis insignis thesei uictoria ex tauro superato: & Icarī regis a rusticis occisi morte: & milciadis gloria.
- Maros** mons ē Epyrri.
- Marpeso** mons ē paros insulę marmoz candore cōspiciuus.
- Masiticus** mons aricando flumini pxim⁹ ē: & Andrię ciuitati.
- Massic⁹** mōs est Cāpanię: p̃mōtoriū olim mineruz sacrum: Capreę insulę oppositum faciens: hinc surrentum in radicibus habēs & inde Anaphiam & Salernum.
- Mastusia** p̃mōtoriū ē in cherfonenso oppositū Sigeo troiano.
- Matinus** Apulię mons ē.
- Maul** mons ē Britānię: cui in radicibus lacus est aquis suis adeo animalia fessa restaurans: ut nullo uideant̃ attrita labore.
- Maxillum** mons ē oetolię.
- Maxtoria** mōs ē hispanię iuxta oppidū Auronę.
- Medullus** hispanię mōs est.
- Melam** seu melamp⁹ mōs ē ī tertio europę sinu.
- Mempeus** mōs circa thessaliā
- Menalus** arcadię mons ē excels⁹: sic dictus ab ouib⁹: quaz̃ plenus est. Nam mela græce latine ouis.
- Menetus** mons est in alpibus.
- Mercurii** promontorium africę ē in siciliā uasto tractu se ferēs.
- Meritus** est mons in tertio europę sinu.

- Metopus mons est græciæ propinquus thessaliæ: insignis Quiritii fuluui uictoria: & philippi regis macedonũ fuga: grãdis quippe mons & anfractibus uariis præruptus ẽ.
- Meros mons est indiæ Ioui sacer: cuius in specu incolę liberũ patrẽ fuisse nutritum arbitrantur. Et ex hoc forsã habuit fabula argumẽtũ: quod ex utero tractus fulminatę matris patris femori sit appositus. Hic autẽ mōs bedera plurima & uitibus atq; fructetis cōspicuus ẽ: & irriguus fontium: et q; sub radicibus Nisa ciuitas ẽ.
- Messia mons est in asia minori: mari supereminens: clarus nauali uictoria atheniensium in persas duce Themistocle.
- Metagonium promontorium est africanam dirimẽs a numidia.
- Micalesos promontoriũ ciuitatis Onchestę in græcia ẽ.
- Militon mōs ẽ phitorũ.
- Mimanta mōs est grandis cōtra Chion.
- Minas minoris Asię mons est haud longe a colophone ciuitate. Hic quidem a mari in campos excurrit cl. mil. passuum: & eius caput sipilus. Nubes autem uerticibus suis appositę (ut aiunt incolę) futurarum tempestatum qualitates ostẽdunt.
- Mindalensis mons est insulę Sami: memoratu dignus ob crucem mortęq; Policratis famii tyranni olim felicissimi.
- Mineruę promontorium Campanię est: ex massico monte procurrens in capream insulam.
- Mionensium promontorium ẽ inter Teium & Samum: cuius collis in modũ metę auctus est: a continenti uero aditũ habet & semita manufacta.
- Misenus mons est campanus cumis proximus a miseno gręcę socio ibidẽ ab eodem sepulto denominatus.
- Modim mons est non amplius .vi. mil. passuum distans a hierusalem: ea uia quæ tendit Ramata. Ex hoc Mathathias fuit maccabæorũ pater.
- Molus mons meonię: qui prius Tmolus dicebatur: ex quo Pactolus effluit fluuius aureas trahens harenas: Cuius in radicibus Cadieni: Loreni: Philadesphiniq; appositi.
- Monachus archadię mons est.
- Monychus promontoriũ est in sinu ligustini maris: haud longe a nicea distans Ienuensium Piratarum potissimum & insigne receptaculum.
- Monoetes mons est illyrię.
- Morin seu moriã mons est iudaę: cuius in culmine iussu dei Abraam filiũ suum Isach eidem deo uoluit immolare: ubi Dauid postea templum cōstruxit insigne.
- Mormalus mōs ẽ inter bactrianos & hyrcanos: in quo amomũ nascitur.
- Mossilicos promontorium ẽ ethyopię: in quo cinamomum deuehit. Ad hoc usq; Sestorini dicunt duxisse exercitum: cũ sint qui dicant nil ulterius eẽ

præter oppidum unum æthyopū in littore bragaza.  
 Mulolaca africę promontorium est propinquum flumini asufabę.

**N** Abauth mons est qui hebraice dicitur Nabo supra Iordanē cōtra ierico: in quo quidam aiunt mortuum Moysen hebręorum ducē. Hic tamen alibi Abarim nominatur.

Naustatbmos promontorium littoris Cyrenaici.

Nazarę montes sunt meridionales numidię.

Nebrodes sicilię mons est: cui damarum copia nomen dedit.

Nemeus cleonensium mōs est.

Neptalim mons est galileę: super quo olim fuit sacerdotalis ciuitas.

Neptunus mons est sicilię: cui specula superest in tuscum & adriaticū mare prospectans.

Neris mons est apud Argos.

Niger mons est garamantum.

Nimaii mons ē orientalis ubi deficit Caucasus.

Nimpeum promontoriū est dalmatię: quod accolunt amarites & bullones.

Nion mons est apud rithreum portum.

Niphates Armenię mons est.

Niithus mons Ithacę: a quo Vlyxes maritus denominatus est.

Nisa mons est indię: in quo liberum patrem aiunt fuisse nutritum. Hunc eundem supra Moeros diximus uocitatum.

Nisa mons est phocidis seu uertex alter parnasi montis: in quo dudum colebatur Bacchus.

Nisus mons megarensium a Niso qui purpureum habuit crinem & megarensium rege ibidem sepulto dictus.

Nulo seu Nilo mons est: in quo ferunt homines habitare auersis plantis: octonos digitos in singulis pedibus habentes.

Numordis mons est mitylenensium.

Numasticus mitylenensium mons est.

**O** Axes mons est sycthię.

**O** cila mons est Armenię: cuius in summitate deficiente diluio arcam Noe fuisse delatam ferunt: & diu ibidem lignorum reliquias perdurasse: in multis quidem montibus hactenus dictum ē hanc confedisse. Quod sane intelligendum est aut eū mōtē plura habuisse nomina: aut plura cacumina diuersimode nominata: quorū aliud memini pro alio ponere seu pars pro toto ut scribentium moris est.

**O** dori montes in regione tassię sunt.

**O** eniphile Dyrrachii mons est.

**O** eta mons inter Thessaliam & Thraciam insignis mōrte herculis. In eo

Montibus.

quippe rogas eius conditus: & ipse consumptus ē.

○ ffensionis mons hierusalem: fere continuus ē in accubitu montis oliueti: sic dictus eo q̄ in eo salomon adorauerit idolum Maloch:

○ giginus mons apud Thebas est ab ogigio rege sic dictus.

○ leneus mons arcadię: qui & meneus dictus est.

○lympus mons est altissimus macedonię. Hunc olim crediderunt aliqui unum & idem fuisse cum Ossa monte thessalię: & tandem cum terrę motu disinctos peperisse Peneum fluuium: & paludibus quibus laborabat thessalia exitum prestitisse. Is quidem adeo uerticem in cęlum extollit: ut nubes argumento cognoscatur excedere. Nam cinere sacrorum characteribus litterarum signato consueuerant sacrificantes discedere: & in sequenti redeuntes anno uti liquerāt signatum inueniebāt. Ex quo appar& nec ibi uentos efflare: nec aues uolare: nec pluuias cadere: aut aliam nullā alterationem causari: quinimmo quia subtilissimus sit aer: sunt qui dicant solitos cum spongiis aqua plenis & olfatu oppositis ascendere ut aerem attraherent crassiorem. Videtur quidem olympus qui ololāpus id est cęlum: quod & olympus etiam nominatur. In hoc insuper dicunt iouem aduersum titanas pugnaturę aq̄le primo auguriū habuisse.

○lympus alter a superiori mons est in gallogręcia: clarus uictoria manlii uolsonis ex stoloftobigiis habita.

○lympus mons est a superioribus alius: in minori asia Smyrne propinquus qui & misius dictus est: cuius in radicibus hānibalem dicunt Brusā condidisse ciuitatem: dum apud regem bithynię moraretur.

○lympus mons est eque alius a superioribus. Nam i ęthyopia secus mare rubrum est: quem aiunt oriente sole usq; in horam diei quintā flammam emittere. Est enim haud longe ab Eliopoli ciuitate.

○lisipo mons est hispanię: cui & oppidum eiudem nominis est appositū hoc memoratu dignum. Nam equas in eo ex fauonio uento concipere: & uelocissimos equos parere testantur incolę.

○liuarum mons est in iudęa hierusalem iunctus: inter cęteros orbis ueneratione dignior. Nā in eo christus ueri dei filius discipulos docuit: orauit: & ad patrem rediens ultima in terris reliquit uestigia. Quo in loco non absq; diuinitatis miraculo cum ob reuerentiam & memoriam suę ascensionis ecclesia rotundo scemate conderet: nulla arte nullo fabrorum ingenio obtineri potuit: ut summum culmen ecclesię tegetetur: ut apparer& a terra in cęlum usq; deum uoluisse nulla interposita re: sui glorificati corporis integrum conseruari meatum.

○nolon mons est Thessalię.

○pon promontorium Cretę insulę se in occidentem uergens.

○pitus Macedonię mons est.

○ppius mons latii fuit Facultali lacui propinquus.

- O**r mōs est Arabiꝝ: ex quo diuina gracia Moyſes uirga aquā excuſſit: clarꝝ  
 qdē morte & ſepultura Aaron fratris moyſi.
- O**r belon mōs est thraciꝝ mediterraneus: ſacris liberi patris & coetu mena  
 dū Orpheo primū iniciāte celebris.
- O**rcobares mōs indiꝝ est: inter duas ſarcaraucas & parthionas: ſeu ſecūdū  
 alios inter dalias & caraucas: & Parthionas poſitꝝ. Ex hoc autē Ganges  
 & Laſſer flumina oriuntur.
- O**reb mons Madian: & ( ut quidā dicūt ) pars est montis Sina: & i eodē  
 rupes ostenditur: quę petra dicitur: ex qua uirgę ic̄tu diuino tamē munere  
 Moyſes aquas eduxit populo ſicienti.
- O**romenus mons apud indos natiui ſalis est: in quo lapidicinarū ritu ſal  
 effoditur: inde renaſcēs maius regum ueſtigal q̄ ex auro uel margaritis.
- O**ſſa mons est cum portu in ſinu perſico: ut arbitrantur aliqui.
- O**ſſa theſſaliꝝ mons est olim ut quidam exiſtimāt idem cum olympto: ſed  
 terremotu diſiūcti uia fecere Peneo fluuio & paludibus: quibꝝ theſſalia  
 inſiciebatur. Apud hūc autē quōdam centauros morari ſolitos.
- O**tris theſſaliꝝ mons est oppoſitus oſſi: in quo lapitay fuit origo.
- P**achiri montes ſunt in maiori Aſia: e quibus fūditur abſarꝝ fluuiꝝ  
 Pachinum p̄montorium est Siciliꝝ: Peloponneſum ſpectans: dictū  
 ab aeris craſſitudine. Nam pachis craſſus est.
- P**aledur mons est Angliꝝ: ſuper quo rudumbria oppidum ſelconiz con-  
 ditum est.
- P**alatinus urbis Romę mons: de cuius nois cauſa multiplex inter ueteres  
 diſſenſio est: nā ſunt qui dicant: pulſis ide aborigibꝝ ab Euādro Arcade  
 & ab eodem ibidem oppido condito apellante arcadiꝝ urbe pallentium  
 dictum: & deinde pallatinum. Quidā uero dicunt a Pallāte auo Euādri  
 & alii a Pallante filio dictum. P̄terea aſſerunt & alii a pallantia euādri  
 filia: ibidē ab Hercule uiciata: & poſtmodum dum moraretur in monte  
 ſepulta: & alii a pallantia Latini regis coniuge. Nōnnulli a pallanta Hy-  
 perborei filia ab Hercule ibidem oppreſſa. Pauci uero aſſerunt a quibus-  
 dam q̄ pallatinidicti ex agro reaſio: ibi ante euandrum euenere: & aliqui  
 a balatu ouiu ibi paſcentiu balāteum: & ex inde p̄ andiſticon palanteum:  
 quibus diuerſitatibꝝ claritatē mōtis additam certiffimum est.
- P**alinuz calabriꝝ promōtoriu haud longę ab Helia: quę poſtea uelia dicta  
 est: in quo palinuri gubernatoris nauis Aeneꝝ tumulus est: & ab eo locꝝ  
 nomen fortitus est.
- P**artan mons est inter Bactrianos & hircanos proximꝝ mormalo monti:  
 ubi amomum naſcitur.
- P**allenne mons est: cui tanta ſoli planicies inculmiꝝ ē: ut quicꝝ urbiū ſedes  
 ſit atq; agger. Nā cum totus in altum ſatis anguſte cōſcendat: ubi ic̄picit  
 ibi poſſidea est: ubi amplius patz ibi menderione: quarū altera ab eretris

- altera ab achivis Ilione capto condita ē. De noīnibus aut̄ aliaz̄ iuenisse nil memini.
- P**ancoatra seu parcoatra mons est armenię: medius inter taurum & Caucasum: ex quo tygris & Euphrates in austrum uariis fundunt̄ ex fōtib⁹
- P**anctolium mons est: oetholię: ea de causa sic dictus quia ibidem omnia oetolia cōueiebat ad pagēda comunia: & idē pan quod ē totū & oetolia
- P**andio mons a Pandionio filio Erictonii & Athenaz̄ rege dictus.
- P**angeus thracię mons est thessalię iūctus: in quo secundū quosdā Iulius Cēsar a pompeianis fere ad deditionem coactus est: huius in radices moestus defluit amnis.
- P**arnafus q̄q̄ alii discrepent: Phœcidis mōs biceps ē: cuius uertices alter Apollini: alter Baccho sacer est. huius in radicibus Delphis libez̄ fuit oppidum: & per illud Cephelus effluit amnis: In hoc enī Castalius est fons musis sacer: & ut uolūt aliqui in huius uerticib⁹ tempore diluuii Deucalionis: ip̄e Deucalion una cum Pirrha coniuge seruatus est cum aliis pluribus.
- P**antridi montes Capadocię seu Armenię sunt.
- P**arapanisus Indię mons est aduersis Baētras: alii dicunt sub ip̄o Parnaso Baētra conditam.
- P**arnes gręcię mons est uitibus abundans:
- P**ariedrę montes sunt circa Armenię principium.
- P**arthenius mons Arcadię a uirginibus denoiatus: eo q̄ in eodem uenari consueuerunt.
- P**arthenium tauroz̄ apud scythas promontoriū est.
- P**edarium Carię seu Ionię promōtorium est.
- P**elion thessalię mons orientalis: tam habitatione Chironis Centauri q̄ Pellei & thetidis memorandus est: hic altissim⁹ perhibetur. Nam ut quidam asserunt. m. ccl. passuū ratione perpendiculari excelsus est i eius summitate pineta sunt: quercus uero cętera occupant.
- P**elorum Sicilię promōtorium respiciens aquilonem: a Peloro gubernatore nauis Hānibalis ibidem sepulto denoiatum est: hoc (ut uolūt plurimi) iā apoenino iūctū fuit: & terremotu postea sepatū: & exiguo freto q̄q̄ ex estuoso iterposito actū: ut Sicilia isula sit: quę olim erat iūcta italię
- P**oeninus mons est unus ex his: quibus multis alpes eminent: a Sacrato in eo poeninus denominatus.
- P**eon mons est ultra gthyopas: perpetuis flagrans ignibus.
- P**erimulę Indię promontoriū: & in eo celebre indoꝝ ēporium est.
- P**erparus mons argolici sinus est.
- P**etra appuana mons est olim gallorum frimenatum ab initio Apoenini in agrum Lucensum protensum: huic ligustinū tuscūq; mare & ueterē Lunam ciuitatem: inde pistoriensium & florentioꝝ campos aspiciens:

- & procurrentia in euro haustrum apoenini iuga: rigēs fere niue ppetuas:  
& a quo quondam apuani denoiati sunt galli.
- P**etre Dyrrhachii mōs est: apud quem castra Pompeii magni fuere ciuili  
ēstuante bello.
- P**etrinus campaniē mōs est apud Suesam ciuitatem.
- P**ieria Macedoniē mōs est: cui maximum auri pondus ab ātiquis impe-  
ratoribus fuisse suppositum fama fuit: ex quo q̄tuor locis. ab imo aptus  
est: & ex imo ferunt per planum aux concrefcere.
- P**ilartes Dyrrhachii mōs ē.
- P**illineus mōs pitulicē insulę est.
- P**indus mōs est thessalię Apollini musisq̄ facer: & Acarnania ab oetolia  
diuidens: Achelou flumen emittit: celebris quidem laphitarū otigine ē:  
& in eo Perebi habitant populi.
- P**ion mōs est in nymphaea insula.
- P**inomus mōs est minoris asię: supereminens ptele & Caystro flumini.
- P**ireneus mōs est ingens: diuidens hispaniam a galliis: sic dictus eo q̄  
fulminibus feriatur sepe. Nam pyr gręce latine dicitur ignis: in eo q̄ppe  
nascuntur boues agrestes maiores animalibus cęteris exceptis elephan-  
tibus: & uri gręce uocantur.
- P**ireum promontorium atheniensium in eginā progrediēs: apud quod  
atheniensium portus seu naualia fuere dudum.
- P**lacanodes Achaye promontorium: haud longe a pisa & alpheo flumine
- P**ossideum promontorium ionię est: haud lōge ab oraculo Apollinis Bra-  
macię dictum postea didymi & urbe mileto.
- P**rindasus mōs asię: ex quo ticus fluius qui pergamum abluit fundit̄.
- P**urgara mōs est: & in eo oppidum eius noīnis prope troiam.
- Q**uedoni montes sunt thracię.
- Q**uilleus mōs est arcadię.
- Q**uirinus uel quirinalis mōs est romę dictus a phano Quirini quod in  
eodem fuit: seu a quirinibus qui cū Tacio sabinorum rege ibidē castra  
habuerūt: seu a Romulo: qui quirinus uocatus ē ab basta quam gerbat  
quę sabinorum lingua dicitur quiris.
- Q**uossei montes ultra armeniam & Babyloniam sunt.
- R**Amnusiū scordensium mōs est.
- R**egis mōs inter italiam & pānoniam est sic dictus: eo q̄ in Italiā  
ueniens Albonius rex longobardoz Anarsete uocatus illum conscēdit:  
& italiam prospētauit: montiq̄ nomen dedit. In hoc bifontes feras di-  
cunt nasci ingentis magnitudinis beluas.
- R**emma mōs est: qui in regnorum urbis domus dicit̄ idoli damasceni.
- R**etheū promōtorium troianū est: Ajacis thelamoni sepulchro cōspiciū.
- R**eticus mōs est in germania altissimus.



- R**hiphei montes sunt scythiæ in capite germaniæ: a perpetuo flatu uentorum nuncupati: a quibus Tanais fluuius egreditur. Ultra hos iacet ora que spectat ad Oceanum aquilonarem: pars mundi a natura rerum dannata: & densa demersa caligine.
- R**ion promontorium circa hostium corinthiaci sinus: dirrimens oetolos a peloponesso.
- R**oas mons seu petra Iudeæ est.
- R**iphei montes arcadiæ: quæ absque aspiratōe scribuntur: ubi cum aspiratōe scythiæ.
- R**hodope mons thraciæ mediterraneus est: a migdonibus habitatus: sacri liberi patris & coetu moenadum Orpheo iniciante celebris.
- R**hosii montes in Syria sunt: uersus taurum montem positi.
- R**usseus promontorium oceani septentrionalis est.
- S**ebaften mons supra Idumeam & Samariam.
- S**acer mons trans Anienem fluuium non amplius .iiii. m. passuum ab urbe distans est: in quo sæpius plebs romana a nobilitate distetens confedit: nec ante recuperatam libertatem urbem reintroiuit.
- S**acer mons alter a superiori in hispania est in finibus Galliciæ: quæ ferro uiolari nefas habebatur. Sane cum terra fulgure conscissa erat: quod ibi res assidua est: aurum detectum tanquam dei munus colligi permittebatur.
- S**acer mons a superioribus alius circa sinum persicum est: opacus siluarum & arborum odorem miræ suauitatis redūdantium uel redeūtium: in crina insula aduersa æthiopiæ.
- S**acrum promontorium e media fronte hispaniæ in oceanum protenditur.
- S**alanga mons est hyberniæ altissimus: mari imminens quod Britanniæ & hyberniæ interfluit: uocatus a Salanga Barcolani primi habitatoris hyberniæ filio. Esto postea ob monasterium in radicibus a beato Doñico constructum hodie mons doñi appelletur.
- S**alen seu salentinum promontorium est: Italiæ aduersus ionium mare percurrens: sinum faciens tarentinum. In hoc idomeneus Cretensium rex post troianum excidium a suis pulsus ueniens habitauit: & ibidem ciuitatem construxit.
- S**amara promontorium in oceano orientali ubi deficit Caucasus est: ad aquilonem habens hostia fluuiis ortogore: ex quo oceanus seticus appellatur.
- S**amonium promontorium est Cretæ insule: tendens aduersus rhodum.
- S**amus thraciæ mons est: ex cuius uertice omnis ida uidebatur & troia.
- S**anir amorreorum mons est: uocatus a phoenicibus sanior: a latinis Ermō: cuius in uertice fuit insigne templum: quod agentilibus cultui habebatur.
- S**ardemisus mons est pamphiliæ finis & Lyciæ principium: ubi phaselis ciuitas a Mopso condita.
- S**arnus mons est medius iter pompeianum agrum & Salernitanum: ex quo magnus cum murmure Sarnus erumpit fluuius: apud Sarnum oppidum in montis radicibus constitutum.

- S**arpedonū promontorium finis fuit regni Sarpedonis regis Lytię : quā a Pamphilia distinguit littore.
- S**aturnus mons urbis romę est: qui & Capitolinus & tarpeius dictus est.
- S**calcide montes sunt prope libanum:
- S**carabrum promontorium Paphlagonię: tauri iuga prospectans.
- S**cillaceum promontorium italię: haud longe a Scilla freti siculi.
- S**cipiades promontorium est Epyrri.
- S**eir mons est Idumę sub damasco: in quo Esau habitavit: a quō cū eēt Hirsutus & hyspidus dictus est.
- S**emeir seu semer mons est in iudea: & super eum sepulchrum Ioseph & ciuitas Samaria olim regia israelitarum: quę postea ab Herode anti patris Sebastē nuncupata est.
- S**emeron mons iudeę est: quem legimus ab Anri rege israel emptum a quodam semera: & in eius uertice ciuitatem edificatam: & a uendentis nomine Semeron appellatam: hunc ego idem puto cum pximo superiori
- S**eneus promontorium ē hispanię: propinquum promōtorio sacro.
- S**eptem fratres: septem sunt Mauritanię montes iterno mari ex ordine suppositi: & a numero septem: & a similitudinē fratres appellantur. Hi quidē olim frequentes elephantibus fuere: hodię preter idiā nemo habz
- S**eriphion promontorium est thracię: ebro flumini propinquum.
- S**erius mons est thracię
- S**iagrium Arabię promontorium ē.
- S**igeum promontorium ē Asię: ea in partē ubi Hellepontus apertius dilatatur: oppositum urbi Calisię quę in europa ē: & in eo op pidum sigeū quęque dictum: & hecubę monumentum quod Cynosema dicitur. Huius in sinum xantus Simeonti iunctus immittit. Dicitur autē Sigeus propter Herculis taciturnitatem: quē cum nollet hospitio Laumedō suscipere: tacens finxit abire: & demum rediit hostiliter cuncta discipans. Sige quippe silentium sonat.
- S**ignia mons est minoris Asię circūsusus fluīne Marsię: cuius ī radicibz Tiboron ciuitas sita est.
- S**illa seu Sileum mons ē leucanię.
- S**ilios mons ē atthicię regionis.
- S**inay mons in regione madiam super Arabiam: qui & Coreb & Ereb aliquando sacris in litteris nominatur. Hic excelsus plurimum est: & altitudinē ceteros supare uidetur. In eo deum habitare ueteres credidere. cum Moyfi pascenti greges ardens in rubro apparuerit: precipiens illi: ut calciamēta solueret. Venerabilis quippe plurimis ex causis ē. In hoc lex moyfi ab ipso deo data est: cuius uirga diuino opere in serpentem cōuersa ē: & mox in uirgam: cuius manus leprosa & demū sana ē facta. Ex petra huius uirgę: ictu aq̄ excerpta est: & ne cuncta uetustiora recitē:

- nouissime catering uirginis & ob christi nomen passę corpus post sup-  
pliciũ exaime a diuinis misitris in sũmitatẽ delatũ atq; pie tumulatũ est
- S**ion paruus in ierusalem mons est: cuius in uertice quondã ciuitatis arcẽ  
construi fecit Dauid: a quo sacro carmie plurimum celebratus ẽ.
- S**ipilus mons est maxim⁹ inter lydiam & phrygiam: tantalus oli⁹ dictus.  
In hoc quidem dixere prisca locũ esse qui dicit Acheloon: in quo nym-  
pharum cubilia. Clarus uero ẽ tumulis filioꝝ Niobis: & mutatõẽ ipsi⁹ i  
saxum: in eo lapidem Cylindro similem nasci dicunt: non permittentẽ  
filios in obediẽtes esse parentibus.
- S**ipilus mons fuit in magnesia: & in eodem loco Cyprus ciuitas fuit: que  
una cum monte ab hiatu terrę aborta est.
- S**ira mons in tribu Dan est: i quo Thãasara ciuitas iesu filii Naue: in q̃  
diu etiã post eiusdem iesu sepulchrum uisum ẽ.
- S**itbon mons thraciẽ est: perpetuis damnatus niuibus.
- S**itboris mons ẽ a chio insula distans. lxxiii. m. passuum.
- S**ilanius mons est byberniẽ insulę altissimus: dictus a Silanio rege in  
uertice eius sepulto.
- S**maragdon mōs ẽ ęthyopiẽ: mari supereminens rubro: qui surgente sole  
flammas emittit usq; ad horam quintam.
- S**ophim mons est effraim.
- S**iophora mons ẽ Indiẽ oriẽtalis: iuxta quem habitauerunt filii Iecten filii  
heber: ad quẽ Salamon classem quando transmisit non minus triennio  
itineri immorantem.
- S**olis promontorium in mauritania ẽ.
- S**olimi possidiẽ montes sunt.
- S**oloxius mons terraconẽsis hispaniẽ ẽ: & ex oretanis iugis carpentanisq;  
& a betica atq; Lusitania distinguitur.
- S**olurius mons est hispaniẽ a singularitate dictus: cum solus altior oĩum  
uideatur: uel q̃ solis radius in eo appareat añq̃ alibi oriatur.
- S**omorus mons est Syriẽ.
- S**oractis mons est hirpinoꝝ: secundũ alios Faliscorum: oli⁹ diti patri sacer  
sed secundum alios Apollini: in quo spelũca cõperta latebram sibi elegit.  
Siluester pontifex summus: Constãtino cęsare augusto iparãte roãnis.
- S**parnes mons est atticẽ regionis.
- S**perchium promõtorium traciẽ ẽ: nobile orphei uatis origine.
- S**tessiarus mons est molossorum.
- S**timphalon mons ẽ archadiẽ: in quo hercules stimphalidas occidit aues.
- S**topedon promontorium est: Ciliciẽ haud longe a flumine callidado in  
conspectu insulę Cypri.
- S**trimon mons ẽ traciẽ: ex quo hebrus & neston fluina emittũtur.
- S**ubar mōs est in galilea: insignis belię prophetę raptu: & helysei meõria

- ob fontem ab eo ibidem benedictum.
- S**ueuus mons est ab ortu solis germaniæ initiū faciens : & cum p̄maxiūs sit: ad cymbrorum usq; promontorium tēditur. Ab hoc autem sueui nūcupati sunt.
- S**uisimocum mōs ē galliæ: cisalpinæ apud ligures.
- S**unium promontorium est atticæ regionis: finiens ad littus elados: quod spectat ad orientem. Apud hoc aiunt ab apollini sagittis occisum phitonem onitoridē gubernatorē nauis Menelai: & a menelao ibidē sepultū.
- S**urrentum promontorium Mauritanæ in occasum excurrēs : montesq; brace includens.
- T**Abim mons ē inter antropophagos scythas eminens: oceano septentrionali iunctus: inter quem & tauꝝ seres habitant.
- T**abor mons est ī medio galilæ: mira rotūditate spectabilis atq; sublimis: quem penes Nazareth ciuitas: ex qua denotatus saluator humani generis xp̄s. Venerabilis quidem mons iste est: cum solus in terris in suam trāfiguratum diuinitatem xp̄m uiderit nondum passum.
- T**aburius Syriæ mons ē: isacar terminās sortem.
- T**aburnus mons ē in Samnio oliuetis conspicuus.
- T**ager mons est in hispania: olisippo propinquus: in quo equæ sūt statuto anni tēpore ex uento concipientes fauonio.
- T**aygeta mons laconum inter lacedæmoniam & mare positus: Libero patri & Apollini facer olim.
- T**aman mons est asiæ maioris : inter quem & taurum mōtem habitauerūt filii Iapheth.
- T**amus promontoriū est: quod taurus attollit: collis credo idē cū superiori.
- T**arpus epyrri mons iuxta Leucadam.
- T**arpeius mons est romæ: qui olim Saturnus: postea Capitoli⁹ dictus est.
- T**aunus mons ē germaniæ altissimus.
- T**auromitanus Siciliæ mons est asper: eo q̄ acutissimos habeat lapides.
- T**aurus mons a multis idem cū Caucaſo credit̄. Nam asiam omnem ab eo incipiens & in ciliciū mare desinens in duas fere æquales diuidit partes. Sane quātūcunq; de caucaſo multa dicta sūt : & si reiterari fere uideantur: de hoc ueterum opiniones scripsisse nō pigebit. Is igitur a primis orientis littoribus surgens Celidonio distermiatur promontorio. Et ubi primo ab Indico sese extollit oceano: in occidū tendens p̄ uarios circumagitur flexus. hic Phoenicum inde ponticū: Illinc Caspiū byrcanūq; aduersus Meotidas paludes agitur. Ergo sic iter hęc claustra coactū postq̄ superans flexuosus euadit ad cognita ripheoz montium iuga: infinitis fere noībus & extraneis clarus incedit. Nam primo Egidus : mox Paropanil⁹: circe⁹: cōpages: pariadis : coatras : oreges: orates: ipetus: taurusq; dictus ē. Et ubi semetipsū exuperat Caucaſus. ubi ingētia emittit

brachia: sarpedon: toraces: garas: iterūq; taurus noīatur. Vbi uero decliat  
 seq; populis facilem exhibet: portarū sibi tūc uendicat nomina: quę alibi  
 armenicę: albi Caspię: alibi Cilicię noīantur: & quia nūc cōtractus & effu-  
 giens aliqñ maria plurimis imilceatur gentibus: a dextris hyrcanus &  
 Caspius: a leua uero Pariedrus: mortius: aromanicus: toroficus: scythic⁹  
 appellatus est. Ab uniuerſa uero gręcia Ceraunius: & tandē dū in noſtra  
 exit maria taurus dictus est. Ex quo & si longe plura scribi possint: hęc  
 superioribus ubi de caucaso iūcta dicta sufficiant. Solers autem lector  
 quod uerius arbitrabitur id sequatur.

**T**emistea promontorium est ī cōspectu insulaz aprodisiarū positum. iitio  
 Persidis propinquum.

**T**enatus Laconię promontorium est circa finem Mallei montis: in quo  
 quia biarus est: & ex eo agente spiritu quidam audiūtur rūores: & mur-  
 mura progredi: inferoz ueteres dixere descensum.

**T**enitrus Macedonię mons est: proximus apollonię.

**T**enothema mōs ē gthyopū: iūct⁹ oceano occidentali: flāmis flagrās assiduis

**T**ermophilę mons est longissimus a Laucade in occidente incipiēs: & in  
 egeū mare haud longe a Demetriade ciuitate finiens: omnēq; gręciam p  
 medium diuidens: Maratbonum: epyrum: perebiam: Magnesium atq;  
 thessaliam & optiotas cum sinu malliaco derelinquens. In austrū autem  
 oetolię partem maiorem: arcaniam: loeridem: atq; phocidem: & boetiā  
 cum insula euboea & attica regione in modum promōtorii sese in eum  
 extollente & una cū istis atergo peloponnesū. In signis quippe multoz  
 egregiorum faciorum tam gręcorum q̄ exteroz ducum: sed potissime i  
 clyta atq; meōrabili morte Leonidę cōmilitonūq; suoz & tam grandi q̄  
 turpi strage persarum.

**T**etercus italię mons fiscello proximus.

**T**eticus mons sabinorum est asperrim⁹.

**T**hemeson mons thebis propinquus: ex quo aiūt se precipitem dedisse  
 una cum Melicerta filio Inonem Cadmi filiam & Athemantis cōiugē.  
 uolunt apud hunc herculem alterum ex leonib⁹ occidisse.

**T**iciunta mōs est gręcię: seu un⁹ ex cacumibus termophilarum dicitur.

**T**iphata campanię mons est: Capuz supereīnes ciuitati.

**T**iphernus mons est in samnio.

**T**ilarus mons est apud Molosos: & ibi Dodonei iouis tēplum. Circa hui⁹  
 montis radices centum uel ultra fontes exūdare creduntur.

**T**immā promōtorium ē trbacię: & in eo urbes Helmideson & phylas  
 & Pbinopolis: belleſpōto propinquum.

**T**inolus quē alii timolus ex. i. & n. tm faciētes. m. scribitur: & ut credo bñ:  
 nam sic gręci sepe faciūt: mōs est Cilicię uel moeonię: & nonnulli Litig  
 dicunt: croco & uitibus abundans & melle: habens ex parte una sardos

- ex altera Ipeplos: & ex eo pactolus aurifer fluius oritur. Hic molus in superioribus nuncupatur.
- T**iscus mons græciæ excelsus: Demetriadi ciuitati propinquus.
- T**omarus ambraciæ mons est.
- T**rapeze: quod troezam aliqui uocant: promotoriū europæ ē: a quo primo se cōcitat hellespontus.
- T**rebanorum mōs est: ex quo annio fluuius ortus in tyberī effluit.
- T**risone promotorium: in quo Bizantium ante ligos dictū: constantino polis ultimo.
- V**aticanus mons est: in quo Iouem nutritum dicūt aliqui.
- V**ecilius mons italiæ prope Algidum.
- V**eneris promotoriū Ciliciæ: cum eiusdem noīnis oppido: Cyproppiquū.
- V**eseuus seu uestulus mons ē Liguriæ iuxta alpes: inter ceteros alpium clarissimus: cuius ex imis radicibus padus erūpit fluuius.
- V**eseuu campaniæ mōs est: nulli mōtiū cōiunctus: undiq; uinetis atq; fructetis abundans. Hinc ab euro austro pōpeios in radicibus habuit: atq; sarnum ab euro fere: sed remotius Beneuetum: & a uulturno capuam: & a circio Neapolim chalchidensium parthenopē dictam ī tumulo sirenæ sedentē. Ex hoc. n. maxio cū incolaz pauore Nerone cesare imperante repente tam grādis erupit circa uerticē fumus: ut omnis breui tractu temporis ab eo tegeret regio: nec euanuit ilico: quinimo p dies plures adeo cōdensus permansit: ut sublati omnino solarib; radiis noctem faceret & plurium dierum cōtinuam. Tādē cum adiacētia omnia & ipsum mare quod in conspectu sub radicibus ē ab occiduo: cōpless & cīeribus: cessans flāmam ingētem e culmiē mōtis euaporātem uidisse pmissit: quæ multis saeculis postea exustos euomēs lapides perdurauit. Hodie nec fum; nec ignis emittitur. Stat tamē ī montis uertice hiatus īgens præteriti testis ī cendii. Huius autē ī radicib; pugna fuit cōmemorabilis īter Roānos atq; latios: in qua. P. decius unus cōsul se pro uictoria obtinēda deuouit diis maibus: & ide decubuit. Incolę hodierni montē hūc uulgo fumā uocitāt.
- V**imialis mōs est romæ a Ioue ueminio nūcupatus.
- V**irinius mons est hispaniæ.
- V**osegus mōs est in finibus ligonum: & ex eo mosā progreditur fluuius.
- V**ranius mons est: hūc ī epiccātia chalchedonēsiū: aiūt esse siluis oīmodis abundantem: atq; uersicoloribus florib; uariatum: & ex eis uiatorib; icolisq; plurimum odoris fundētem: & (quod lōge maius est) in eo olei fontem asserūt hntis odorem corticis cedri: cui uolentē ppinquari nudum esse necesse est. & si sit etiā si bauriatur ex illo oleū augeri. Præterea penes hūc fontem lapidem ingentis magnitudinis ortum dicūt: & eum estate flāmam emittere. Hyeme autē eis ex partibus ūde exalauerat ignis aq; scaturigies apparere adeo frigidę: ut glaciē simillima uideat: nec

hoc clam cōtingere aut p tēpusculum perdurare: quāmo q̄diu durat estas  
& ignis: & ecō uerso tota hyeme profilit aqua:

**V**ulturnus mons est apulię.

**Z**apaortenus mons parthorū est: i quo sita ciuitas Daran ab Arface p̄  
mo parthorū rege condita. Mons quidā amoenus plurimū: & natura  
loci adeo mūtus: ut inexpugnabilis uideatur.

**Z**ephirum p̄montorium italię protendēs in ionium mare: in quo patilia  
ciuitas.

**Z**iph mons est squalidus uel caligans seu nebulosus: puto i Syria est.

De montibus finis:





De siluis tractatus.

**S**ilua nemus & lucus idem. Vex silua primū ubiq; longe lateq; apud latios arborum & potissime siluestriū & plurium i fructu oloꝝ multitudo frequēs excreuit: dicta ē quasi soliuā i. solitaria eo q̄ raro ab homibus frequētetur: quē si alicui numini more gentilium uetusto forsità dicata fuiss&: ilico a numie nemoris sortiebat nomen: quod tñ superstitiōibus illis cessantibus siluis mioribus i hodie num usq; tribuitur. Lucus autē & silua & nem⁹ esse potest: dummodo p̄ etatem & negligentiam frequētia arborum & ramorū cōdensetur: adeo ut diei lux auferatur solo: ex quo per antiphrasim silua uel nemus quod obscurum est: Lucus postea appellat̄. Ceterū quia siluꝝ uti barba hoīnum & mulierum crines montium sunt ornāmēta: ferarū domicilia: ac pastoz armētorūq; persepe refugia: nec nō & multis mortalium opportunitatib⁹ p̄stent cōmoda: postq̄ de mōtibus dictum ē: de eis & neōribus lucisq; & potissime de his quē apud auctores priscos famosē sūt singularis mētio faciēda est: in quibus uti ante fecimus etiam sequemur ordinem alphabeti: & ab Albunea quē primum se offert ( dei nomine inuocato ) sumemus e xordium.

**A**lbunea betruscorū fuit famosissima sylua: in qua & si tetri odoris fons ess&: nō obstitit quin ad eam omīs italiꝝ multitudo uetusto errore decepta pro respōsis cōcurreret. Erat pfecto seu in fonte seu arboris in trunco spiritus aliquis imundus: qui deceptis orantibus respōsa dar& ambigua.

**A**ngitia nemus maris inclytum.

**A**rdenna silua galliꝝ ē: magnitudie sua celebris ualde. hęc & n. p̄ medios fines treueroz a ripis rheni fluminis: & remorū initium ad neruios usq; pertinet: & m. passuum amplius. d. occupans.

**A**ricinum nemus ab Aricia oppido: cui propiūm est: nomē obtinuit: & apud priscos olim insigne fuit. In hoc quidem post reuocatum opere Esculapii ab inferis hippolytum a Diana: quā perfecte colebat: ipse trāstat⁹ est. In hoc insuper egerie fons: apud quē Numa pōpilius hydromantiā exercens se cum Egeria nymp̄ha de agēdis consilium sumere simplicib⁹ ostendebat. Apud hoc etiam nemus & Simon magus petri & pauli aduersarius claudus iam post casum factus misere expirauit.

**A**rsia betruscorum silua fuit: penes quā dum Valerius publicola cōsul romanorum aduersus ueīentes & betruscos bellū pro tarquiniis pulsis gerentes in aciem descensurus ess&: repente e silua p̄deuntem ingētē uocē audiuit atq; dicentem: uno plus betrusci cadēt. Quod post obtentā uictoriam a Valerio: uerū fuisse cōpertum est: & Siluanum deū roānis fauētē hoc dixisse creditum.

Angui seu anguicię Lucanię nemus est .

**B**Acenis germanię silua ẽ infinitę magnitudinis : Cheruscos diuidēs a sueuis : & quasi natiui muri loco alternis eozꝝ aduersꝝ se incurſioibꝝ obſtaculum eſt.

**B**ebryacum nemus in Bithynia eſt : in quo aiunt quondā bebryciorum regē conſuetum uim hoſpitibus inferre : quam cum in eodē Polluci a colchide redeunti facere conaretur : a polluce occiſus eſt .

**C**Imina ſilua betruřię eſt olim ꝑ maxima & horrēda : adeo ut nec mercatoribꝝ eſſet & ꝑuia : nec habitata latronibus : poſtea tamē apertiffima facta eſt . Nam cū nemo ꝑter ducem eius eā eſſet intrare auſus : diſponētibꝝ romanis i betruſucos agere bellū . M. fabio & C. Mario Rutiliano conſulibus : primus qui illam trāſire auſus eſt Fabius i habitu paſtorali uno tantum ſociatus ſeruo fuit .

**C**larium nemus eſt Colophonię Apollini clario conſecratum .

**C**oricum nemus thebis propinquū eſt : ab Ogigio rege ſuo a thebanis poſtea Ogigium noīatum .

**D**Aunia ſilua apud Apulos (ut arbitror) : eſt a Dauno rege eorum nūcupata .

**D**odona celebris inter poetas plurimum ſilua eſt . Hęc in dodoneo mōte Chaonię frequēs eſt : & in ea templum fuiſſe dicitꝝ Dodoneo Ioui ſacrū . Fertur ꝑterea in hac duas de cęlo columbas deſcēdere ſolitas : & ueteribus inſidere quercubus : & ex eis poſtulātibus dare reſponſa . Tandem ex eis (ut aiūt) altera trāſuolauit in delphos boetię ciuitatem : & ibi Apollinis delphici clarum fecit oraculum . Altera ad Amonis Iouis templū in africanam tranſmigravit : & ſic Dodona muta relicta eſt .

**E**Ricina multis ſiluis nomē ẽ : Sed maior atqꝫ notior ea eſt : quā apud germanos etiā gręci ueteres cognouere : eāqꝫ dixere originā . Huiꝝ qui dem latitudo nouē dierum iter expedito homini patet . Oritur autē ab Eluetiorum & Nemetum atqꝫ Curiaorum finibus : & recta Danubii fluminis regione ad fines Daciorum & Anaritium uſqꝫ contingit . Inde ſe ſiniſtroſum ſelectens ꝑpter immēſam ſui magnitudinem multarū gētium fines attingit : & .xl. dierum in longitudinem eius progressus factꝝ ſit . Nemo tamē ex germanis eſt : qui ſe audiſſe aliquem ad eius deueniſſe finē dicat : aut quo ſub cęlo oriatur ſeu potius ſiniatur accepit . Multa qdē in ea ferarum ſunt genera : cum quibus ꝑ gloria robuſti iuuenes ſiluzꝝ ꝑpinqui exercentur .

**F**oloe theſſalię ſilua eſt : a Folo centauro incola denominata .

**G**Rineum nemus in finibus Ionii eſt : & Apollini conſecratum : i quo ferūt priſci Mopſum uatem fuiſſe Apollinis qꝫ & Grineus etiā exinde cognominatus eſt . Addentes in eodem aliquñ Calcantem cum Mopſo de diuinandi peritia diſputaſſe .

- I**da silua ē phrygię ab Ida mōte: in quo excreuit denoiata. Apud hęc  
**I**ad ostentū sōni hecubę effugiēdū expositus ē Alexāder. qui postea  
 Paris dictus est: & hui⁹ in uallibus de pulchritudie seu dignitate dearū  
 ab eodem iudicium latum est.
- I**daliū nemus in insula Cypri est ueneri sacratum.
- I**dęm gręcię nemus est: in quo liberi patris filius cum furto subtraxisset  
 pastori iuuenē: & ad restitutionē cogeret: patris auxilium inuocauit: qui  
 confestim iuuenem transformauit in ceruum: & sic filium rubori surri-  
 puit: & ditauit rapina.
- I**nia silua ē i rhetia: in qua rhenū & danubium oriri quidam tradiderūt
- I**rcania ingens silua est: adeo ut ab ea byrcania regio nominetur scythis  
 contigua: alit quippe animalia siluestria plura: sed tygres pęcipue.
- L**Aurea silua olim in latio propi qua thirreno littori fuit insignis tñ  
 Lexissa: ubi erat uicus edificatus est: cui ab ea Laurētū nomē ipositū ē
- L**ibistris silua est (ut quidam dicunt) thessalię. Alii uero illam apud Bisto-  
 nas esse confirmant: quę & si multorum animalium altrix sit: urfos tñ  
 pęcgrandes alit & ualidos.
- M**icana silua est in Gallia cisalpina: in qua galli Borlucium postu-  
 mium consulem legionesq; romanorum trucidauere.
- M**iciosa uel liciosa olim silua fuit in campo Sabino: penes quam Tullius  
 hostilius romanorum rex aduersus Sabinos hostes habuit pugnam: &  
 siluam uictoria sua fecit insignem.
- M**arathonidis silua apud Marathonem montem in regione attica ē: in  
 qua Icarus a rusticis ebriis occisus est: & ab Erigone filia requisitus & ca-  
 nis ductu repertus. In hac theseus taurum regioni infestum occidit.
- M**olorcos nemus ē: & Nemea silua uocatum: sed sic eo dictum: quia dum  
 accederet hercules aduersus Leonē nemeū: a Molorco pastore suscept⁹  
 & hospitatus ē: ob quod beneficiū nemus postea Molorcū nūcupatū ē.
- N**assamonum nemus apud nassamones ē: ad quod sunt qui uelint  
 herculem accessisse: & ibidem oppressisse leonem.
- N**emea silua est inter Argos & thebas: apud quam regnauit Licurg⁹. hęc  
 quidem clara est ob Leonem ab Hercule in eadem superatū: & ob ago-  
 nem ānuum i honorem Archemori occisi a serpente: dum hypsypile nu-  
 trix langiam monstrar & argiuis celebratum.
- P**arthenium nemus est Arcadię: in quo quondam Iupiter transfor-  
 matus in dianam Calistonem uirginem uiciauit. Dictum enī Par-  
 thenium a uirginibus: quae in eo conlueuerant uenationibus exerceri.  
 Nam parthenos gręce latine uirgo sonat.
- P**elium nemus apud pelion montem: & ab eo denominatum credo: Chi-  
 ronem centauri domicilio clarum.
- P**lantus silua est haud longe a ierosolimis: in qua dudum Dauid retinuit

exercitum suum.

**R**osinne silua est:argo propinqua.

**S**tymphalis silua i stymphalio monte:in qua hercules Stymphalidas occidit aues.

**t** Egea silua est Arcadię: in qua Pan Archadum deus honore plurimo celebrabatur.

**T**empe nemus est hēmonię inter ossam & Olympum: cuius per medium Peneius amnis a pindo monte ueniens discurret.

**T**hymbra silua ē troię p̄pinqua:sacra apollini: & in eo eius templū thymbrei apollinis nominatum: in quo Achilles ab Hecuba deceptus per insidias noctu a Paride uulneratus & occisus inermis est. Dicitur autem silua hęc a thymbra herba qua abundat plurimum. Hanc autem herbā aiunt latine uocari Cyanem.

**V**rbs silua prope ticinum gallię cisalpinę.

**Z**one nemora sunt haud longe ab hebro flumī: & promontorio Seriphione thracię: quę quidem tecuta dicunt Canentem Cytbara orpheum.

#### De siluis finis.

## De Fontibus eiusdem tractatus alius.

**P**ostq̄ de montibus & eorū ornatu: syluis atq; nemoribus expeditū est: anteq̄ progrediamur ad flumina: de fontibus iis quos celebres antiquoz fecere traditiōes nō erit absurdū. Est igit̄ fons cuiusq; flumis seu alterius cōgregatiōis aquarum initum: a fundendo dictus. Et ideo cum parentes filiis pręponendi sint: fontes loco parentum lacubus fluminibusq; pręponemus: & quasi montium ptus post eos explicitos adnectemus. Fons igitur aliqualis ī primo e uisceribus terrę exitu aquarū cōgregatiō ē in se nōnūq̄ aliquādiu subsistens. Esto ut plurimū postea aut ī riuū tenuem: aut ī āplum flumē procedat: quos cum eorū mirabilius exponentes: ut in pręlibatis factū est: sic pręstante deo ordinē seruabimus alphabeti. Et qm̄ psępe amoēssimi sūt: & ueneris deliciis suo pore uidentur esse conformes: ab Acidalio fonte olim ueneri consecrato sumemus initium.

**A**cidalis fons est in Orchomeno ciuitate Boetię: qui quidem ueneri sacer fuit: & ab eo uenus aliquādo Acidalia nominata est. In hoc autē dixere poetę: gratias tres Iouis filias: quę ueneri obsequentes sunt: lauari consuetas: uolentes ostendere sub figmēto qualis sit fontis huius proprietas: cum nomen etiam fatiat manifestū. Acida quidē gręce latine cura sonat: q̄ plurimum infestantur amantes: & ī qua lauare. i. a sordibus excutere debemus gratias: ut non concedamus idignis: aut illas sincero anio meritis largiamur.

**A**cidalus agri uenefrani in campania fons est: gręcis oculis mederi cōsuetus.

**A**Cilius fōs est ī Sicilia: ex quo talis fertur fabula. Acis Iuuenis quidā ficulus Galatheam nymphā amauit: & ab illa amabat: quam cum amaret Poliphemus Cyclops: & sperni se cerneret: uidissetq; Acim Galatheę misceri: irat⁹ eum occidit. Qui Galatheę nymphę dilectę suę precibus in fontem sui nominis a Neptunno conuersus est.

**A**Ganippe fons ē Boetię celebris plurimum: eo q̄ musis dicatus sit: a quo & ipsę musę Aganippę nōnūq̄ nuncupatę sunt.

**A**Lbunea fons ē ī altissimis montibus tyburtinis: qui sic ab aquę qualitate denominatus est: hunc nonnulli Leucotheam uocauerunt.

**A**Lis fons ē ī potiōibus adeo suauis: ut nulla potius aqua desyderetur.

**A**Mimoneus fons est apud Argos: ab amimōe Danai regis argiuorum filia denominatus: ex quo talis consueuit narrari fabula. Amimon: cum studiose ī quadam sylua iaculo uenaretur: min⁹ aduertēs

parcus sit satyrum: quam cum uellet satyrus uiciare: illa Neptunni auxiliū precata ē. Ipse autē fugato Satyro illā oppressit: & ex ea suscepit Nauplum postea Palamedis patrem: fontemq; loco propinquū & flumen ab ea denominauit. Alii dicūt eā uitę tedio affectā ī fontē sui nominis fuisse conuersam.

**A**Nxir fons uolscorū fuit haud longe a terracina: quę anxir antea dicta ē. Qui eo q̄ ignarus letalem haustū preberet: ab incolis iniectis lapidibus & terra oppletus est.

**A**On fons ē ab aonia regione: in qua est denominatus: musis sacer: a quo & ipsę uocātur aonides.

**A**Pollinis fons est in licia turius appellatus.

**A**Rchemorus fons est ī neruea sylua: iuxta quem celebratur agon in honore Archemori Licurgi Regis filii: & ab eodē denominatus: cū ante diceretur langia.

**A**Rcbidemia Sicilię fons est in agro esfluens syracusano.

**A**Reth fons ē syrię: apud quem Gedeō aduersus madianitas tendēs castrametatus est.

**A**Rethusa fons est Sicilię syracusarū proxima muris: ea in pte quę dicitur archadina celebris plurimum poetarū carminibus. Ex quo consuevit talis fabula recitari. Arethusam elidis fuisse nymphā: & se lauantē elidis flumīe ab eodem fuisse dilectam: quem cum ipsa fugeretur: eiusq; sequentis circuitionibus teneret: aiunt deorum implorasse auxiliū: quo ī fontem sui nominis uersa ē: cuius undis cum misceri uellet se Alpheus: deorū miseratione per subterraneos meatus euasit in Sicilia: quam & si secutus per eodē meatus Alpheus ibidem ī mixtus est. Alii eam siculam dicunt fuisse nympham: & ab Alpheo ex elide uenientē ī siciliam fuisse dilectam. Sed seu ab Elide fons ueniat: seu ī Sicilia oriat: hoc p̄ cōpto habet: Alpheū ab elide ī Sicilia penetrare: fontiq; p̄dicto misceri. Cuius rei euidētissimū aiūt esse argumentum: fontē Arethusam de quinquēnio ī quinquenniū emittere purgamenta: nec illa aliud apparere q̄ stercorea hostiarum in Alpheum apud Elidē in sacris olympiacis secundo flumīe proiecta: & sic in arethusam delata. hūc insuper fontem dicunt nōnulli de quinquēnio in quinquenniū trāslolari.

**A**Rethusa fons est alter a superiori in ythachia: erūpens apud petrā quę corax denominat. Ex quo talis recitat fabula. Fuit corax uenator quidā: qui quacūq; de causa fecerit: ex petra illa in mare se precipitem dedit: a se petrę nomē relinquens. Cuius Arethusa mater precipitiū uidens egre ferens: in proximū se fontem deiecit miseranda fonti nomen dedit mortua.

**A**Rethusa & hic a superioribus fons est alius (ut quibusdam placet)

in agro thebano.

**A** Rtbachus fons est apud listrigonas.

**A** Snanicus fons est circa thiana: Ertio Ioui sacer: eo sic uocitatus quia sic incolę uocent aquas. is quidem plurimum mirabilis est. Nam ut fertur aq̄ eius ex subterraneis meatibus frigidissimę in fontem ueniunt: i quo ilico feruent: & ex astantibus incolis his: qui pro re aliq̄ recte iurauerunt suauis potui & dulcis est. Deierantibus uero aduersa: & ex fonte profiliens tanq̄ in hostes oculos pedes manusq; talium feriens hydropisim atq; depilationis egritudines infert. Nec est leuis abire possibile: donec periurium suum confiteat̄ his: quorum in preiudicium deierauit.

*Si q̄ uere miratur suauis potus dicitur: si nō dicitur yzopisim  
Ano mouet dicitur q̄ fitat̄ falsa perzate*

**B** Aiarum fontes memoratu quidem dignissimi sunt. Nam paruo soli spacio plurimi salubresq; omnes scaturiūt. Baię autem locus est inter puteolos & miseni monumentum secus cāpanū mare: non longum littoris tractum occupans: tāta cęli benignitate: & agrorum fertilitate: atq; nemorum & maris amoenitate cōspicuis & oprabilis: ut olim in se posset romanos attrahere proceres: & roma relicta hyeme atq; uere detinere toto: quod satis eđificia ingenia & uetustate semesa testāt̄. Et qđ nō paz̄ eis ignomię ifert: appet̄ adhuc cōchilioꝝ & pisciū medio i gurgite carceres. Est & preterea tēploꝝ insignis. Nam ibi uidere est Apollinis oraculum ingens opificū artificio: nō deitate numinis uenerabile. Sibylę insuper auerno super eminens lacui: uetustissimā atq; ingentē eđē: & q̄ nonnulli tēplū fuisse ueneris arbitrantur preęteris neglectum. Quid multa: fontium abundantissimus est: & omnes pro diuersitate diuersis egritudinibus prestant remedium salutare. Et quod mirabile est: ubicūq; in littore fodias: facile & fere cirra ipsam soli superficiē tepentes comperies undas: morbilq; aliarum more nidentes. Quibus uero conferant: prebet experientia documentum. Sed inter alios a cęteris semotus est in littore preęcipuus riuus: quem tritolim indige nę uocāt. Hic quidem exciso manibus monte superba testudine atq; amplo habitaculo cōspicuis eđstantis oceani maris more bis in die feruidas eructat undas: & totidem tepentes absorbet: & opitulans infirmitatibus uariis cęteros excedit inclyta fama.

**B** Andusie fons est limpidissimus.

**B** Iblis fons est Mesopotanię baud longe a Carris: ex quo fabula talis Biblis Cauni fuit soror: eumq; in fausto amore dilexit: qui cum sororis amorem horresceret & fugeret: infelix illum usq; Carras frustra secuta est: ibi autem doloris impacientis miseratione i fōtē sui nominis conuersa est.

**B**Ituminis fons est ut arbitrari possum apud ethyopas iuxta corambim  
**B**Landus fons est iuxta scenam iuliam aquarum abundans: & quia oportunitatibus incolarum copia sua blandiri uidetur: blandi nomen consequutus est.

- C**apharnaum fons est galilee: quem plerique credunt per subterraneos tramites a Nilo flumine deriuari: eo quod pisces percreta et coratinum nusquam alibi praeter hunc fontem quam in Nilo reptum
- C**Alliroe fons est attice regionis: & medicum salubritatis fert gloriam: haud longe scaturiens a Ierosolima: sic ab ipso aquarum praefonio nominatus est.
- C**Alipia fons est in epheso ciuitate: penes eximium amazonum opus Dianae ephesiae templum.
- C**Amoearum fons Romae fuit.
- C**Aminon fons est calidas aquas habens citra feruorem: quas si uino miscueris: triduo potionis calorem seruant.
- C**Armenis meonie fons est.
- C**astalius fons est poetis familiaris plurimum: cum musis sacer sit. hic in Parnaso monte est. Et dicitur castalius a uirgine quadam Castalia: quae cum illi apollo uim uellet inferre: in fontem se praecipitem dedit: & in eo nomen uitamque reliquit.
- C**hebrō fons est iudaeae: apud quem expugnatus fuit Ismael uir non ex genere Dauid: qui post solatam hierusalem a Nabuzada principe rege Babylonie multos iudeos occiderat.
- C**elisia fons est attice regionis.
- C**Hii fons est in insula Chio: a qua etiam denominatus: ex cuius aqua si quis potauerit hebes efficitur.
- C**lane Siciliae fons est in agro Syracusano: de quo talem ueteres fabulam recitabant. Fuit Ciane sicula nymphe: & proserpine socia: quae cum cerneret illam asportari a plutone: iter raptoris uoluit impedire nec potuit. Tandem se speratam uidens dolore deflens nimio: in fontem sui nominis mutata est. Esto sint qui dicant eam stagnum esse seu paludem.
- C**iceronis fons haud longe a puteolis est: calidas euomens aquas: quae aegris oculis plurimum conferunt. Et ideo Ciceronis uocatur: quia in uilla eius: quam academiam uocauerat: ea in uia quam ab Annio lacu fert puteolos est. Nec tamen eo uiuente fons erat: sed breui interposito post eius necem tempore: illam Antistio uetere possidente eius in parte prima prorupit: quem etiam Laurens tullius unus ex libertis olim Tullii carminibus celebrem reddidit: ut appareret clarum hominem dum uiueret scia sua mentalibus mortalium oculis praestitisse medelam: & eius post nomen eo defuncto praestare corporeis.
- C**Izius fons apud cizium asiae ciuitatem sic existimo: & a ciuitate denotatur



Esto cupidinis fons ab aliquibus nuncupet: a quo putarunt ueteres ueueris incendia aboleri.

**C**Lanius in campania fons est apud acerras: quem aiunt incolę dū creuerit circūadiacentium agrorum p̄sagire pestem.

**C**Leon fons est a się minoris: haud longe a cilene Marsię ciuitate.

**C**litor archadię fons est: qui potus odium inducit uini.

**C**Litumnus (ut quidam dicunt) Meuanię fons est: alii umbrię lacum & circa eū maximos boues gigni. Alii uero Meuanię flumē asserunt

**C**Oralis fons Carpati.

**C**Rimescon seu crimos Atticę regionis fons est.

**d** **D**An fons est in Libano mōte: ex quo progreditur fluuius: q̄ nomē fontis tā diu seruat: donec alteri ex eodē mōte effluenti cui nomē Ior iungatur, iuncti aut̄ simul iordanē faciūt flumē.

**D**Aulotos fons est sabeorum.

**D**Ebris fons ē apud macelgę oppidum garamantum mire conditiōis. eius quidem aque a meridie usq; ī mediam noctē feruentissimę sunt a media uero nocte in meridiem usq; econtra frigidissimę.

**D**Elius fons dianę sacer est: & ab eo Delia ipsa denominata est.

**D**Irces fons est Boetię thebis proximus: ex qua talis narrat̄ fabula. Antiopa Nictei regis filia nupsit linceo regi thebarum: qui eo q̄ comperisset eā ex Ioue cōcepisse illam abdicauit: & dircem superinduxit quę timens ne linceus traheret̄ in amorem ātiopę: illā carcerari iussit. Sane cum antiopa amphionem & Zetum peperisset: carcere liberata adultos filios irritauit ī Linceum & Dircem: qui occiso Linceo & thebarum occupato regno: Dircem idomitis tauris alligauere: qui dū eā traxissent atq; occidissent: ubi postea fons dirces erupit reliquere: quē quidem ex eadem dirce miseratione deorum in fontem mutata factū atq; denominatum quidam uolunt.

**D**Ora fons est Sabeorum.

**e** **E**Dipode fons ē Boetię: credo ab edipo rege thebarū denōiat̄. **E**Geria fōs ē ī aricino nemore Aricię propinquū: quem Nūma pōpilius Romanorum rex camoenis dicauit: & cū ex opaco progredetur: ad fidem dictis augendā ibidē se damni consulturū de agendis fingebat: cum hydromantiam exerceret solus.

**E**Gelon fons est in phrygia haud longe a fonte Marsię.

**E**Na fons est: a quo & locus in quo ena denominatus: ubi quondam ingens idolū fuit toti regiōi uenerabile. Hic autem locus propinquus tamę nicograndi intra beliam & diopolim.

**E**Nuscabeles fons est in arabia: quod nomen camelorum fons sonat.

*Numma pōpilius camoenis rex thebarū p̄sagire pestem  
ydromantiam ut de agendis consulturū*

**E** Pigramea fons est Boetiæ: apud quem quidam arbitrantur Cadmum characteres litterarum excogitasse.

**E** Sculapii fons athenis est: & quæ in eo merguntur: in phalerio flumine in atrino campo delata comperiuntur.

**E** Ssus fons fodi.

**E** Xapeus paruus fons apud Caliopodas est: qui scythæ sunt. hic adeo amaras emittit aquas: ut hyppane per maximum scytharum fluvium quæ cito illi miscetur omnem reddit amarum: cum eo usque dulcis atque potabilis fuerit.

**F** Rigidi fontes in agro sunt ardeatino: odore sulphureo foetidi.  
**F** Lutia fons est Siciliæ.

**G** Arga fons est Euboeæ: in quo se balneam Dianam uidit Actæon: a qua mutat in ceruicem: secus hunc fontem a suis canibus laceratus est.

**G** Argaphiæ fons est Boetiæ. Dianæ quondam securi hecatis sacer: quem eundem cum superiori quidam putant: nec obstat locorum diuersitas: cum facile unus pro altero sumi potuerit. non enim euboea alio medio quam Euripo a Boetia separatur.

**G** Eon fons est in iudæa: apud quem salomon a Nathan propheta & Sadoch sacerdote in regem iudeorum unctus est.

**G** Ero melciacodice fons est: ex quo bibentes oues si albe sint efficiunt nigre.

**I** Ezara fons est samariæ propinquus: in quo samaritarum corpus occisi Acab regis sui referentes samariam: currum eius sanguine regio respersum lauarunt.

**I** mea fons est atticæ regionis.

**I** nessa fons est apud rhodios: a quo & siciliæ fons nuncupata.

**I** ob fons in iudæa est: qui (ut aiunt) colorem mutat quater in anno: puluerulentum: sanguineum: uiridem atque limpidum: ternis mensibus unum quemque conseruans.

**I** ouis fons in dodone est duplici de causa mirabilis. Nam cum frigidus sit: si mergantur ardentes faces: illas more aliorum extinguit: extinctas autem accendit. Præterea semper in meridie deficit: cum circa medium noctis exundet: quam ob causam anapanomenon uocatur ab icolo.

**I** ppocrene fons est Boetiæ: hunc aliqui fingunt ob equi pegasi percussionem factum: & hinc denominatum. Quod quidem figmentum facile detegitur: si secundum quosdam inspiciatur historia. Volunt quidam Cadmum equo insidentem: dum sedem sibi sociisque perquireret primo apud hunc fontem constitisse: & quia litterarum græcarum rector fuit: quæ forsitan meditatione ibidem supersit: illum musis sacrum esse uoluit.

**I**uturna fons est in Italia apud numicum fluvium: & quia saluberrimus sit Iuturnæ a iutando nomen sortitus est: de hoc enim fonte Romam ad sacra deferre semper consuevit antiquitas.

**L**Angia fons est in nemea sylva: quem penes agon annuus celebrabat Archemoro licurgi filio: a quo postmodum Archemorus denominatus est.

**L**atine fons est Atticæ regionis.

**L**erneus fons est: quem aiunt Neptunnum: postquam Amimonem filiam Danaï a Satyro liberatam compressit: locum tridente percussisse: & fontem produxisse Lerneum: & eum qui ex eo progreditur fluvium amimonem a compressa uirgine nominavit. hunc tamen aliorum secuti opinionem: supra amimonem scripsimus.

**L**etneus fons est archadiz: cuius aquas aiunt abortus fieri non pati.

**L**eucogei fontes inter puteolos & neapolim sunt: quod oculis medentur ægris.

**L**ibetros Magnesiæ fons est musis sacer: a quo musæ dicuntur libetrides.

**L**inus archadiz fons: qui abortus fieri non patitur.

**L**inope fons est: in quo aiunt se primo uidisse Narcisum: & amore sui captum eum penes occubuisse.

**M**agia siciliæ fons est in agro syracusano.

**M**arsia fons est in phrygia ad Cyleneum oppidum.

**M**elle fons est in esciato: ex cuius aqua si biberint: nigre oues albæ efficiuntur.

**M**enais fons est in sicilia apud leontides: per quem iurare timent.

**M**essis thessaliæ fons est.

**M**olus fons est in insula delo: quem aiunt eodem tempore cum nilo flumine crescere atque decrescere.

**M**iturnion fons est in argolico sinu.

**N**ast fons est in tribu Beniamim: quem alii napho uocant.

**N**eminica fons est in agro reatino.

**N**eptunus fons fuit apud terracinam: ex quo qui inadvertentes biberant occidebantur: quamobrem ab antiquis obstructus est. hunc supra Anxuram nominauimus.

**N**ymphaeus fons est: penes quem gentiles nympharum nomina celebrabant.

**N**yobeia fons est in argolico sinu.

**O**estrum fons est Siciliæ: apud quem musæ coluntur.

**O**rtorum fons iuxta collem Libani montis effluens flumen facit: quod inter tripolim & tortosam mari miscetur.

**P**aneus fons est sub Libano monte: in quo si qua natantia proiciantur in lacum: cui phiala nomen cuncta reperiuntur.

Pegaseus fons est in monte Parnaso musis sacer: & a pegaso equo ungula factus: & inde pegaseus nūcupatus: cū & alia sint illi nomina plura.

Pileus fons est Macedonię musis sacer: & a quo musę uocitatę pileę sūt

Pirene fons corynthis.

Pitonia fons est saluberrimus apud Marfos. Oritur quidem in ultimis pelignorum montibus: & amplius e gurgitatiōibus effluens: Marfos tranliens & lacum Fucinum mergitur in specu: & ī tiburtino agro effunditur iterum: ex quo factis fornicibus primus perducere Romam

Ancus Marcius ex regibus unus auspicatus ē: post quem. Q. Marcius rex tunc prętor: & post eū ultimus restaurauit. M. Agrippa.

Prothelis fons est apud Thesiphontem persarum ciuitatem.

Pfamate fons est apud thebas.

**R**egię aq̄ fōs ē epyrri haud lōge a castello macroceraunis & cuna. Rogel fōs ē ī tribu beniamī: quē penes adōias uictias imolat? ē

Rodiorū fons ē ī chersonēso: q. de nouēnio ī nouēniū egerit purgamēta

Rotriini fontes ī pbrygia sūt agro agalafeno ppīqui & apamię ciuitati.

Rubrus fons est gthyopię: ex quo qui biberit lymphatus efficitur:

**S**acer fons ī Epyrro ē frigidissimus & spectatę diuersitatis. Nā si in eo ardentem demerferis facem extinguit: extinctas inflammat. hunc supra Iouis fontem diximus.

Salmaces fons est in caria secus alicarnassum ciuitatem: qui falsa multorum opinione creditur uenereum morbum implicare bibētibus: & ob id figmentum illud poeticum exortum putant: quod legit de hermete puero a nymp̄ha salmace captum: & ex duobus eius precibus corp⁹ unum utrūq; sexum habens factū sit. Sed longe alia causa locum p̄stitit fictioni: & animus intelligentibus infamia fonti exorta esset. Est & enī fontis huius aqua perlucida: & egregio sapore delectabilis gustui & cum iudas quidam & arenanias ab argis uenientes troezen coloniam deduxissent: barbaros incolas carras. f. & lelegas eiecerunt: qui pulsi sedibus montana adiacentia petierunt: & latrociniis coeperunt: nouos infestare inquilinos. Ceterū cum ex colonis unus secus fontē aq̄ bonitate tractus tabernam meritoriam condidisset: eamq; rebus omnibus quęstus causa ad alliciendos in cibū homines cōpleisset continuo per tempus factū est: ut ex barbaris seu necessitate cibi seu delectatione quosdam traheret. post quos & alii aduenere loci fama attrahente: & sic consuetudinem cum gręcis summentes paulatim effertos coepere linquere mores: & humanitate quadam molliri: & tandē

ex belluis mites effici hōines: & sic non effēminatos i uenerē ut quidā intelligunt reddidit: sed ab asperitate nimia & syluestri ad humanam mansuetudinem reuocauit: & cū aduenis hostibus conciuēs faciens in amicitiam perpetuam copulauit.

**S**arsula fons est narbonēsis prouincię: nō dulcibus aquis defluens: sed sal-  
sioribus q̄ sit maris: ut nomen merito sortiretur. Distat autē modicū  
a lacu rubreso: qui Ataxem recipit fluuium.

**S**ames fons est in tribu Beniamim.

**S**iala fons i radicibus montis syon: non iugibus effluens aquis: sed ho-  
ris certis & diebus aliqb<sup>9</sup> bulit. hūc qdā uolūt ex piscia p̄batica fluere

**S**inomotoe notissimus achaie fons est: haud longe ab oppido patras.

**S**olis fons i cyrenaica regiōe est: in medio nemoris qd<sup>9</sup> Amōius dicit̄.  
qui profecto habita consideratione ad mutationes eiusdem mirabilē  
Sole quidem surgēte aiunt aquas eius emanare tepidas: calefcēte me-  
ridie frigidas: eo in uesperam iclinante tepesieri: nocte autē intēpesta  
feruescere: & in tepiditatem reuerti: dū diei pp̄quior nox accedit.

**S**orgia a surgēdo dictus: in Narbonensi prouincia: loco qui uulgo dicit̄  
uallis clausa: fons nobilissimus est. Nam e specu quadam abditissima  
faxei montis tanta aquarum erūpit abundātia: ut abyssi putes apiri  
fontes: mitius tamen āni tempestate quadam exūdans: & cum clarif-  
sima aqua sit & amoena gustui ilico facta: fluuius optimoz piscium  
ferax est: producens in fundo sui herbam adeo bobus sapidam: ut de-  
mersis ad illam carpendam sub undis capitibus assidue pascentes fe-  
re ad suffocationem usq; detineant. Inde inter asperrimas cautes ef-  
fluēs paruo contenta cursu i rhodanum mergit̄. Celebris quidem &  
antiquoz p̄conio: & aquarum copia: & piscium atq; herbaz fertili-  
tate est. Sed longe celebrior in posterū factus noui hospitis carmie &  
incolatu. Apud hunc quidem nostro quo solitudinis auidus: eo q̄ a fre-  
quentia hōinū omnino semotus uideretur locus: uir inelytus Fran-  
ciscus petrarca poeta clarissimus conciuis atq; p̄ceptor meus secessit  
noua babylone postposita: & paruo sibi comparato domicilio & agel-  
lo: agricultoris sui contentus obsequio: abdicatis lasciuis omnibus cū  
honestate ac sanctitate mirabili ibidē iuuentutis omnē florē fere con-  
sumpsit. Et si solitudinis amoenitate plurimum teneret̄: non tamen  
detestabili aut uano ocio tempus triuit. Quinimmo sacris & assiduis  
uacans studiis: inter scopulos montium umbrasq; nemorum: teste so-  
noro fonte africā librum egregium heroico carmie gesta primi Scipi-  
onis africani cantans arte mira cōposuit. Sic & bucolicum carmen cō-  
spicuum: sic metricas epistolas plures: sic & prosaice iuectiuas in me-  
dicos: & epistolas multas & laudabiles ad amicos. Ac insuper ad Phi-  
lippum caualicensem episcopum de uita solitaria librum tam exq̄sito

Hic p̄conio petrarca poeta solitaria uita elegit  
libros q̄ plurimōs composuit ac dictauit

atq; sublimi stilo: ut diuino potius q̄ humano editus uideatur ingenio.  
Q̄ obrem quasi obsoleto ueteri a quarum miraculo post eius discessū  
etatis feruore supato: tanq̄ sacrariū quoddā & quodā numie plenū ei⁹  
hospiciū uisitāt incolę: ostendētes loco miraculi ignaris & peregrinis  
Nec dubium quin adhuc filii nepotes & qui nascentur ab illis ampli  
ori cum honore tanti uatis admiratione uestigia ueneretur.

**S** pandeus fons est ī insula Asię.

**T** Amaritię Cantabrię fontes sunt. Nam cum tres sint inter se oc  
tonis distantes pedibus: in alueum unum coeunt uasto amne. hi  
quidem: esto eis uicinus fons sit sine intermissione affluentissi  
mus: singulis tamen diebus duodecies siccantur: & uigies aliquādo:  
quod in augurium Cantabri sumunt.

**T** anios fons arabum est: haud longe a monte eo.

**T** esiarum fons est conceptus mulieribus representatis.

**T** ima fons est apud Colophoniam in Apollinis Clarii spelūca: ex potu  
cuius miranda redduntur oracula: uita tamē bibentiū breuiore.

**T** urius fons est in promontorio ęthyopię: a nauigantibus expetitus.

**u** Elini fontes italię ultra interranas sunt.

**V** irrinus apud laconas fons est.

**z** Ame fons est in africa: ex cuius aqua si quis biberit canoram fa  
ciet uocem.

**Huc usq; fontium terminus.**

## De lacubus eiusdem tractatus alius.

**E**Rat animus mihi: cum de fontibus dictum esset: ut de fluminibus scriberem. Sed quia per sepe cernimus fluuios quosdā e lacubus exundare: aut susceptos ex eis emergere: mutare propositum fatius esse ratus sum: & lacus primo famosos apponere: ne si postposuerim: ab hostiis in fontes uidear flumina reuocasse. Est ergo lacus aquarum pregrandis copia: ex occultis terrę meatibus in unum deueniens atq; consistens locū. Ex quo nonnulli aiunt lacū dici quasi aquarum locum. hos quidem maxio mortaliū cōmodo p terrarū ābitum passim natura rerum disposuit: & quicquid aliqui dixerint longe a fontibus alienos. Augentur autem fontes & minuūt facile pluuiis aliisq; superueniētibus atq; cessantibus undis: ubi lacus absq; incremento aut sorbere ingentia flumina aut tanq; hospites suscipere & emittere ilico cernimus. hñt & exitus fontes in riuos uel fluuios lacus nō dicam omnes: sed ut plurimum nullos habēt. Esto ignorem? quo nā recondat pluuias & torrentes. Ferunt & grandia nauigia lacus: fontibus nec minimi innatant cortices. Pręterea fontes nullos aut paruulos alunt pisces: ubi ex lacubus fere omnibus maximos atq; sapidos piscantes assūmimus. Sunt & qui dicant: qđ lōge inconuenientius ē: lacus idem esse cum stagnis: cū uulgo galli nulla facta distinctiōe sic uocitent. Absurdum quippe est cum stagnantes aquas deficere & nō nūq; aridum solum linquere contingat: & aliquando extenuatis estiuo feruore aquis reliquas languentes paucitate putrescere: & odore tetro adiacentia inficere loca: quod lacubus contigisse fere nūq; cōptū ē. Quid ī multa procedā! cū liqdo pateat fontes stagna lacusq; inter se fore diuersos. Ad quos describendos fauente semper qui arida fundauit illos: per alphabetum more solito uenientes: Acheros seu acherōta cum se primum offerat ordini aliorum principem faciemus.

**A**cheros uel Acheron uolūt quidam lacum esse & ad inferos deferri: & ibi Acherontem fluuium facere.  
Acronius in alpibus lacus est: quem descendens a fonte rhenus facit:

**A**eticus Apollonię lacus est.

**A**fio lacus est: cuius aqua habet uirilignes tollere.

**A**lbanus lacus est in albano monte haud longe ab urbe: ex quo uia ticinum fuit: nunq; Romanos ueiū capturos: ni primo ex albano lacu emitteretur aqua.

**A**lce lacus est per porcidamū: quem apud indos puto: in quo cū nil mergatur fluitant omnia.

**A**lotrine lacus ē ī mōte alotrine: ex quo Menāder oriē flui?

- A**luuris lacus est super histropolim: haud longe ab hostiis histri fluuioli
- A**sconius lacus est in Bitbinia: propinquus olympo monti & heusae ciuitati olim ab hannibale conditę.
- A**mpsanctus lacus est apud lucanos: ex quo tam letalis euaporat odor: ut uolantes desuper aues necentur eo suscepto.
- A**naus lacus est in asia: qui a circūnascente absinthio inficitur.
- A**neticus lacus egyptiorum est: circa quem papirus nascitur: ex quo primę cartę factę sunt.
- A**nus lacus puteolus uicinus est: quem ego arbitror hodie sudatorii lacum uocari a balneo quod in eius est margine: cum lacus alter præter hunc in partibus illis innomiatus sit. Si is est nullum alit animal præter ranas. Ei insuper nullo artificio reperiri fundus (ut aiunt incolę) potest: cum altorum montium in theatri formā circūdatus sit: & cū nullos habeat exitus: non amplius .viii. mil. passuum ambitus est. Eminent inter alios huic ad austrum mons filicibus plenus: ex quo Iunio ueniente mense tot serpentum inuicē glomeratoꝝ globi se præcipitant: ut mirabile uisu sit: omnesq; in subditū se demergunt lacū. Nec est q̄ uq̄ exeuntē uiderit aliquem: aut innatantem uel aliter prodeuntem.
- A**retbissa armenię maioris lacus est: i quem impetuoso cursu tygris intrans non aliter q̄ si contineatur a ripis nulla in parte miscetur lacui. Quinimmo seruato alueo in partem exiit oppositā: Semper quicq; d̄ i gerit secum trahens: quod aquarū testatur dissimilitudo. hunc lacus uersa uice adeo libere ire pmittit: ut put nihil illi de suo concedit fluuius: sic nec illi largit̄ lacus. Quod quidē patet in piscibus: quorum unū tantū genus lacus alit: cum plurima tygris: ex quibus nunq̄ a piscatoribus aliquis in aquis lacus repertus est. Sic nec ex specie illa quę i lacu nascitur: nūq̄ in aquis transcurrentis tygris ullus inuētus: uilus aut captus est: tanta seruat diligentia quisq; suos.
- A**ricinus lacus haud lōge a Roma ē: ab aricia p̄piquo oppido dictus: apud quem Diana hippolytū ab esculapio ad superos reuocatū mutato nomine latere uoluit: qui uirbius noiat? ibidē Dianę sacra trāstulit
- A**maricus lacus est troię propinquus.
- A**sanius lacus est: cuius aque in sūmitate sunt dulces atq; potabiles: si ad profundiores processeris uiciosas cōperies.
- A**ffaltis lacus est syrię ea in prouintia quę iam dudum pentapolis uocata est: qui quidem in multis mirabilis est. Nihil enī ante alia gignit: nec ex uiuentium genere quicq; suscipit. Quod ut experientia cerne-  
Demūterib; nī suscipit: et demozm̄ absorbit  
ret Vespasianus princeps: iussit in eum quosdā nandi ignaros morti damnatos proiici: qui & si iactu merfi sint: tanq̄ a uehementi spiritu ad superiora uiuentes impulsī sunt. Sic nec aues assuetas mergi suscipit. Quę uita carent. absorbet omnia: ut si ponas ardentē lucernam in



natat uiuente lumine: eo mortuo confecti mergitur. Aquę eius amarę & fastidiosę gustui igentes bituminis globos ferūt: quo agente nullis uētis agitari lacus potest. Pręterea nauigationis impatiens est: cū nil mortuum patiat̄ quin sorbeat ea pręter: quę bitumine illustrętur. Est tamen lauationibus egrotantium utilis: medeturq; morbis aliquibus: & eo q̄ ingēs & absq; motu sit: a nonnullis mare mortuum appellat̄. Quidam uero eum mare salinarium dici uolunt: includit̄ longitudine inter Ierico & Zoaros arabię stadiis. d. cclxxx. quom latitudinis nō habeat pręter. cl. Circa huius margies sodomoz ciuitates diuino igne cōsūptas cōstat: ut adhuc eaz quędā testat̄ uestigia: & quod mirabile ē & memoratu dignissimū: sunt ibi campi producētes fructeta eximie formositatis poma faciētia: adeo ut q̄ uiderit: trabat̄ facile ī desyderiū comedendi. Verum si carpserit fatiscunt ilico: & in cinerem resoluuntur: fumātesq; diuinū uidēt̄ testari iudiciū: hunc secus iā dudum colligebat̄ balsamū. Cuius fructices Cleopatra Antonii regina egypti extirpatos usq; ad unum omnes ī egyptū transtulit: ibiq; plātari iussit. quo permanent etiam usq; in hodiernum.

**A**uernus campanię lacus est in sinu baiano: celebris plurimum carminibus poetarū. huius in margine semel uetustate parietes adhuc Sibyllini oraculi testatur opus magnificū. Sunt pręterea circū scaturientes assidue tepentes fontes: & quia mari contiguus sit: eoq; estuante miscetur illi: & ob sulphureas scaturigines circū adiacentes ipotabiles habet aquas: pisces autē paucos gignit & paruos atq; nigros: nec humano usui commodos. Sed multos & maximos aliquādo ab agitato impulsq; in eum mari suscipit. Et si forsan primo haustus aquę uideatur difficilis: assuefacti tamen in eo uiuunt a nullo hominum piscationibus infestati. Dicunt ueteres hunc auerni lacum syluis adeo densis fuisse circūdatum: ut modicum illi ad exhalandum relinquereť spacium. Est enim modici ambitus: & collibus continuis circūcinctus: & ob id uolantes desuper aues ab exhalatione illa confestim necabantur. Introrsus uero adeo umbris densus & sulphureo odore oblitus erat: ut merito intrantibus uideret̄ auernus. i. absq; delectatiōe: & ideo quia ibi densa caligo erat foetida: & quia sepe obscenum illud sacrum humano sanguine confectum inferis agebat̄: ab ignaris īde esse iter ad inferos creditum. Nec desunt qui arbitrętur: ibidem ab Ulixę primo occiso helpenore ui sacrorū & carminū ab inferis euocatos manes: & de futuris consultos. Sic & postea ab gnea mactato Miseno. Ostenditurq; ab incolis iter in specum in domū Sibyllę: & alia quędā huic opinioni facientia fidem. Tandem aiunt Octauianū Cęsarem factis ūdiq; excidi atq; eradicari syluis locum amoenū atq; salubrē reddidisse. **V**idi ego ex hoc lacu Roberto inclyto Ierusalem & Sicilię rege uiuēte tā

De balsamo

grandem piscium copiam eiectam in margines: ut monstro simile uideretur. Et quom omnes essent mortui: introrsum nigri erant & sulphure fetidi: adeo ut nullū ex illis gustaret animal. Creditum ex eo est a prudentioribus incolay eruptas diebus illis ī lacū sulphureas uenas tanti uigoris: ut infectis aquis pisces occiderit.

Anien lacus est uelinorū: & per tiburtinoy fines infundit: in thyberim fluit: ab Aniēne filio Apollinis nuncupatus.

**B** Enacus lacus galliē cisalping est inter arctas montium fauces situat: adeo ut coacti īpetu iter eos uēti eū more maris estuatiōes uēdarū atq; tempestates facere cogāt. hunc aiunt aureas harenas euoluere: & ex eis nutriri pisces: quos uocant īdigenē carpciones nūq̄ alibi repertos. Ex hoc Virgilianus Mincius fluuius excurrit in padum.

Beobis lacus est thessaliē.

Boristenes lacus est apud boristenas scythas: flumē eiusdē nōis habētes.

Biguntinus seu brigātinus lacus est in agro rheticō: mustelas murenis emulas generans.

Busefagore lacus est apud scythas a meotidis paludibus petroso dorso disclusus.

**C** Aldaici lacus inter Seleuciam & thesiphontem sunt: ī quos tygris fundit: qui. lxx. mil. passuum ampliati illum uasto effundūt a lueo: forsan Caldaici dicti: quia aut ī caldea aut caldey nomē dederit

Calcarcium lacus est africē.

Caspus lacus est: esto caspis dicatur mare: sicuti & asphaltidis locum: mare mortuum appellamus. Verum huic conuenientius ob imēsam eius magnitudinem dicimus. Est igit̄ inter Caspios & byrcanos tam lato longoq; tractu diffusus: ut mare non incongrue nuncupetur. Sed constat eum ex concursu maximoy fluminum ab aquilone cadentiū inter aquas perpetuas & maximas ampliātū: nullos exitus patētes habētem: nec se usq; alicui mari iūgentem. Est pręterea nationibus multis conterminus: habens in circuitu portus & littora: & nauigia uehit ingentia: paciens insuper tempestates & maris accidentia reliqua.

Caulas lacus est in iudęa: haud longe a fonte chebron.

*Quod potat uinum odio her.* **C** litorius lacus est Italię: cuius ex aq̄ si quis potauerit: in uini odiū icidit

**C** litumnus lacus est umbrię: apud quem aiūt maximos boues gigni: supra eum fontem diximus.

Cocytus secundum quosdam lacus est apud inferos: alii dicūt fluuiū.

Copę sunt lac⁹ ī syria Arabia & numidia: apud quos a circūhabitātib⁹ bituminis ingentes colliguntur moles.

Coranicus in sicila lacus est.

**C**robitaria lacus est: ex quo nō solū qui biberint: sed qui ex eius aquis lauauerint moriuntur.

*Non potū q̄ bibere per q̄ loty sine mori*

**C**uminius lacus est apud betruscos in mōte cui & ciminius nomen est: quem taliter natum fabulose dicebat ātiquitas. Nam quom aliquādo ad hos populos deuenisset hercules: & ad ostendendam uirtutē suam forte puocaret ab eis: defixit ī solo uectē ferreū: quē cū nullus posset auferre rogatus sustulit: eumq; cōfestim aqua secuta est quę lacū fecit.

**C**urcius olim lacus fuit: ubi nunc Roma est. Verum dum excresceret ciuitas: factis subterraneis cloacis exhaustus est. Nominis huius triplicem causam retulerunt antiqui. Quidā dixerunt eo in loco terrę biatū apparuisse: & ab auspicibus fuisse responsum: deum Manio Postilionem postulare. i. ciuem fortissimum eodē mitti. Quamobrem Curcium quendā strenuū uirū tanq̄ ipse postularetur armatū aiunt conscendisse equū: ac se se in biatū precipitem dedisse: eoq; facto coisse terrā: & sic eius corpus humatū fuisse: locoq; nomē datum uisum ē: & sic nō lac⁹ fuisse uidet̄ aq̄: sed sic locus p̄ libito uocitatus. Alii dicūt sabino bello quod inter Romulū & Tacium ob raptū sabinarū suscitatum ē Mecium Curciū uirū fortissimum unum ex ducibus sabinorū dū pugnaret acriter urgente Romanorū acie se se in paludem ibidem existētē coniecisse. Ex qua quom suasione suorum emerisset: eosq; in capitolum collegisset: a se lacui nomē dedisse. Nonnulli uolunt eū locum fulguritum fuisse: & ex senatus consulto circūseptum: eūq; curciū appellatum: quia a curcio consule factum sit: qui ea tempestate Marco genitio collega erat.

**C**utilensis lacus est in qua insula mobilis est: & inde cutilensis dicitur.

**E**lectrides lacus est Syrię: in quo electrum nasci dicitur.

**E**ptabolus lacus est apud Mauritaniam.

**E**upilis lacus est gallię cisalpinę: in quo progredit̄ lambrus fluuius ī padum defluens.

**E**xquilinus lacus Romę fuit sub monte qui oppius dicitur.

**F**acultalis lacus romę fuit regione exquilina: apud quem Serui⁹ tullus romanorum rex sepultus fuit.

**F**eronia terracing lacus fuit.

**F**iala haud multū longe a libano lacus modic⁹ ē: ex quo sunt qui credāt Iordanē oriri: & paruo discursu tractu a terra forberi: & ad radicem libani iteꝝ ebullire. Quod aiunt deprehendisse primum Philippum tetrarcam palleis in fialam positis: eisq; apud paneā reollectis: paneam enī uocant fontē sub libano: ex quo Iordanis effluit. Dicit̄ autem lacus iste fiala a rotunditate: qui quidē cū semper plenus sit: nunq̄ ut

exundaret cōpertū est.

**F**leuo lacus est: quem rhenus maximā aquarū copiam trahens de se ipso post longum decursum facit: & in eius medio insulam aqua fleuo nominatam amplectēs: demum exinde exiēs iterum se se cogit ī ripas.

**F**ucinus lacus est apud marfos: seu (ut quidam dicunt) equiculanos: forsan ā bobus cōterminus. Nā hodie uulgo dicitur lacus Marfi: optimos autē pisces nutrit. Ab hoc autē lacu uolūt quidam haustum seu absorptum fuisse oppidum archippe: quod olim Marfias lydorum dux: a quo marfi dicti sunt: condiderat.

**F**urialis lacus est Boetię infani generator amoris. Dicunt quidem q̄ ex eo biberint in tantum libidinis ardor em incēdi: ut fere agi furiis uideantur. Ob hoc nomen sortitus est furialis.

Qui potat aqua libidinis p̄st.

**G**alileę lacus est: quem hebrei more suo mare nominant. Omnē enim aquarum recollectionem tarsu uocant: quod latine mare sonat. Is autem dulces habet aquas: tanq̄ qui ex Iordane fluuiō efficitur. Et galileę dicitur: quia p̄terfluit galileam. Et nonnūq̄ etiā tyberiadis dicitur mare: eo q̄ illi superemineat ciuitas tyberiadis. P̄terea & stagnū Genesaret appellat̄ aliquādo: eo q̄ crispātib⁹ ūdis ex se aurā generaret: seu a genesara regiōe quā p̄terfluit admirabilē diuersis generibus arborū: & extendit̄ stadiis. clx. quom latitudinis non amplius habeat. xl. In hoc enim piscabatur Symon bariona: quando accersitus in discipulum fuit a Iesu. Sic & Andreas frater eius & zebedei filii in hoc tempestatem passi sunt dormiente christo. Et huius in littore quom iam surrexisset a mortuis: illi panem & assatos pauere pisces.

**G**ebennēsis lacus est gallię: quē idē uolunt cum lacu lemāno: ex quo rhodanus effluit.

**I**las Bitbinię lacus est: abluens trusiadem urbem. Apud hūc seu in hoc resedisse credit̄ ylas dilectissimus herculi puer nympharum rapina: & ab eo lacum atq; fluuiū ex eo manantes denominatos uolunt: eiusq; in memoriam annis singulis solenni tripudatiōe populus lacum circuit ylam uocans.

**L**arius lacus ē Gallię cisalpinę propinquus ciuitati como: pisciū abundantissimus: ex quo addua progreditur fluuius.

**L**emannus gallię transalpinę lacus est grandis: ex quo susceptus egreditur rhodanus: & a quo adiacentes populi nominantur lemāni. hūc supra gebennensem uocaui.

**L**icomedes lacus est ethyopię propinquus psilis populis: qui ore serpentum exhauriunt uenena uulneribus.

- L**orisma lacus est in minnori asia: in aspectu fere insule rhodiorum.
- L**ucrinus lacus est capanie inter mesenu baiay caput & euboicas cumas  
 Lucrinus (ut ueteres dicunt) a lucro dictus. Nam quom in eodem mul-  
 titudo piscium caperet: ex quibus maximum mercatores consequerentur  
 tur lucrum: Lucrinus dictus est. Verum quom plurimum estuans ma-  
 re quod penes est obesset piscantibus: & ob id minui uideretur uectigal  
 quod exinde persoluebat Romanis: a senatu Iulio cesari datum est opus:  
 ut Lucrinum a maris impetu immunem redderet: qui labore maximo  
 atque sumptu oppositis molibus: & paruo relicto mari hostio lucrinum  
 ab estu maris securum reddidit. Quamobrem a nonnullis postea aque  
 iulie appellatae sunt. Alii maris ocia uocauerunt. A quibusdam mare mor-  
 tuum appellatur. Sane & si non omnino repletus harenis sit: modicum tamen  
 uacui reseruauit: quod magis aliquibus nauibus quietam aliquando sta-  
 tionem praestat: quam piscatoribus lucri commodum.
- L**umie lacus est apud babyloniam caldeorum plurimum liquidi bituminis  
 euomens: quo creditur quodam a Semiramide assyriorum ragina & testa-  
 tio latere babyloniam omnem muris instauratam.
- L**une lacus est athamani tenuia accendens ligna: ex cuius aqua si quis  
 potauerit: aut in insaniam labitur: aut soluitur in soporem.

**M**Aleficus lacus Scotissei est: quem etiam insanum uocant: hic die fit ama-  
 rus ac salus: tantumdemque dulcis atque potabilis. Nocte uero serpen-  
 tes albos uicenum cubitorum emittit in aridam

**M**andalus lacus apud ethyopas est.

**M**areotis lacus est: qui olim crapotes dicebatur: penes quem alexander ma-  
 cedo Alexandriam in signum egypti ciuitatem constituit.

**M**oeridis lacus est in egypto ciuitati memphis propinquus: qui (ut qui-  
 dam dicunt). ccl. mil. p. & ut alii. ccccl. longitudinis habuit: & latitudi-  
 nis. l. manufactus opera Meoridi regis egyptiorum: a quo & denotatur est

**O**Noleus alias Monoleus lacus est ethyopie: haud longe a ptholo-  
 maida epithea cognominata: ad uenatus elephantorum a philadel-  
 pha condita.

**O**eris alias Moeris lacus est in egypto. xx. mil. passuum ambitus: qui cum  
 pus fuit aliquando: postmodum lacus altior quam ad ferenda nauigia opus sit

**O**axis lacus est in india: cuius oras incolunt Bactriani atque ex ostris: ex quo  
 quidem axes emittitur fluuius.

**P**Andosus lacus archanie: quem uocari consuevit curretis.

**P**elseis panonie lacus est.

**P**ergusa sicilie lacus est olim nemoribus circumdatus: quem penes

dicunt spaciabatur proserpina flores legens: dū plutoni placuit: & ab eodem rapta est.

**R**egillus lacus est in agro tusculano: penes hunc aiunt dum Paulus postumius dictator aduersus Mamiliū tusculanorū ducē pugnarer: uisi sunt Castor & Pollux pro partibus Romanorū acriter dimicantes. Sic & ab eisdē dicunt Valerio. P. Vatinio reatinę præfecturę uiro noctu Romam petente nunciatū die precedente ab gnilio Paulo per sem regem macedonum uictum captumq;.

**R**ubresus lacus est Narbonensis prouintię: cui super innatat fluuius Atax fusus epyreneo.

**S**alentinus lacus est salentinorum iuxta anduriam oppidū. hic ad margines usq; plenus neq; exhaustus minuitur: neq; superfluis augetur aquis.

**S**alinarum lacus est afrię inter rusicadam & montes azare.

**S**ara Iudę lacus est: non amplius ambitus occupans q̄. xvi. mil. passuū urbibus plurimis atq; celeberrimis circūseptus.

**S**caphagiolus modicus lacus est in apennino: qui inter agrum pistoriensem atq; mutinensem sublimatur: miraculo magis q̄ aquarum copia memorabilis. Nam ut omnes testantur accolę: si quis sponte uel fortu itū lapillum uel rem aliam quę aquas moueat in eum proiciat: repente aer in nubes cogitur: & tanta uentorum tēpestas oritur: ut nonnūq̄ uicinę ualidissimę quercus fagiq; ueteres aut truncentur aut radicitus euellantur. Quid animalia dicā: si qua sint: si arbores eneruantur: & sic infesta omnibus per diem totam aliquando perseuerat.

**S**eriphus lacus est: in quo ranę non coaxant: quom id faciant si alibi deportentur: qui denominatus est a Seripho insula in qua est.

**S**ebinus Cisalpinę gallię lacus est: ex quo olius flumen exundat.

**S**icēd<sup>9</sup> thessalię lac<sup>9</sup> ē: i quo ranę nullo mō coaxāt: quō alibi delatę faciāt.

**S**emeconitis lacus est galileę: qui a Iordane fluuiio interfecatur.

**S**irbonis lacus est: Cassio monti arabię iūctus fuit: habuitq; ut tradunt ueteres. cl. mil. p. circuitus: postea in modicam deuenit paludem.

**S**peculū Dianę lacus ē haud lōge ab Aricia: quē supra Aricinū noiaui<sup>9</sup>

**T**age lacus est egyptię.

**T**arentinus lacus est apud Tarentum italię ciuitatem: qui estiuo est siccat in salem.

**T**arquiniēsis lacus a ciuitate betrurię tarquiniensi denominatur in quo duo magna circūferentur nemora: nunc triquestram facientes figurā: nūc rotundā ipellētib; uentis: q̄ dratā autē nunq̄.

- T**epidis lacus est: per quem tigris impetuoso cursu rapitur.  
**T**esprotie lacus est ambrachig: ex quo Acherusia funditur fluuius.  
**T**iberiadis lacus est galileg: hunc paulo ante a galilea denominauimus.  
**T**olosensis lacus est tolosg ciuitati propinquus: & ab ea denominatus: in quo tectosagi peste oppressi motu auruspicum omne aurum atq; argentum quod predantes quęsierant proiecere: & abiit pestis.  
**T**hrasimenus tuscię lacus est: hinc perusium & cortonā: inde aretinum & Senę Iulię agrum habens: insignis clade Flamminei Romanorum consulis: & hannibalis poeni uictoria.  
**T**ragoditis lacus est: qui ter in die amarus & totidem dulcis fit.

- u** **V**Adimonus lacus est: in quo natat insula.  
**V**elinus lacus iuxta agy uestulanum fuit. hic secundum quosdam exaruit. Alii dicunt in piceno esse: & lapideo cortice cuncta iniecta obducere. Alii illum in reatino agro describunt. Alii in narem fluuium a quodam Romano consule dicunt fuisse diffusum.  
**V**eneris lacus in syria est apud Ieropolim: ex quo uocitantibus edituis pisces ueniunt: ut fertur: & adulant auro exornati atq; scalpuntur: & hiantia ora prestant manibus inferentis.  
**V**enetus lacus est in alpibus a rheno flumie editus uti & acronius: ex quibus effluens efficitur fluuius.  
**V**iturnę lacus est haud longe a Roma: cuius in margine olim fuit eedes Castori & Polluci sacra: eo quod apud eundem uisi sunt: quom pro Romano pugnant imperio equos lauantes suos.  
**V**erbanus lacus est gallię cisalpinę: ex quo Ticin<sup>9</sup> emergitur fluuius. Seu ut dicunt alii per quę ticinus ex alpibus ueniens sua celeritate seruata decurrit ad padum.  
**V**ulfinus lacus a uulcinis oppido cui adiacet nominatus: piscium fertilis: in etruria est.

- z** **Z**Oroanda lacus est sub tauro monte: ubi absconditus ultra motę tygris fluuius exit in lucę: quod quidē patet eo quod ea quę in flumie specu intrante proiecta sunt: altera ex parte montis redduntur in lacu.

Finis in lacubus.





De fluminibus eiusdem tractatus alius.

**F**lumentum Poetico traditum est: flumina ab oceano & terra fuisse progenita. Nec equidem credendum eruditos homines tanta fuisse caligine obfuscatos: ut animalium more arbitrarerentur haec praecreatio facta sit. Quinimo sub tam tenui uelamento senserunt ex amplissimo oceani fonte: quibusdam agentibus mediis: omnem humorem in terram deduci. Cuius in uisceribus postquam amaritudo digesta est: omnis & coeptus meatus in exitum usque peractus est: his in locis: ad quos aut traxit: aut impulit potentia maior: fontes parturiantur & lacus: ex ubertate quorum (ut iam praetactum est) deriuantur & flumina. Et quia de fontibus atque lacubus pro qualitate laboris assumpti satis dictum est: & si opportunitas exigat: reassumetur: & iterum de fluminibus congrue dici potest: principia fluxus & fines paucis explicando. De his potissime dico: quos ad notitiam nostram antiquorum deduxit solertia: seu ipsi sumpsimus oculis regiones uarias peragrantes. Sunt igitur flumen: fluuius: riuus: & torrens: in se aliquid diuersitatis habentes. Est nonnunquam scriptores secundum stili exigentiam improprie uno utantur pro altero. Flumen quippe omnis aqua est: quae ab ipso exitu (ut ita loquar) ex utero usque in finem: eo scilicet: quo commixtione alterius nomen extinguitur: continet. Fluuius is est locus: per quem flumen perpetuo cursu deducitur. Riuus autem tenuis aqua: quae ex fonte uel lacu exuberante procedit: uel quae aquationis seu oblectationis alterius causa a fluuio in partem deflectit aliquam. Torrens is est: qui agentibus hymbribus repente fit turgidus uel impetuofus: sese e montibus praecipitem ferens in ualles: & pluuiis cessantibus exarescit. Verum in praesenti ope nil nobis est cum riuis aut torrentibus: quorum cursus aut flectuntur facile: aut auferunturestate. Et ideo uenientes ad fluuios: quos amnes quandoque loci amoenitas: per quem uadunt nuncupari facit. Eo propitio iussu: cuius eorum flexibus arida coeptus alphabeti seruabitur ordo: longoque agmini dux dabitur Arnus Florentiae ciuitatis fluuius. Non quidem tanquam ob litterarum ordinem meritis: sed quia patriae flumen sit: & mihi ante alios omnes ab ipsa infantia cognitus. Bona ergo legentium pace fiet: eoque paucis expedito: confestim ordo reassumetur in reliquis.

**A**rnus Tusciae fluuius est: ex Apennino effluens mergitur in tyrrhenum: cuius lapsus paulo propensius ostendendus est. Is igitur ex dextero Apennini latere eo ex loco: cui uulgo dicitur falterona prorumpens inter confragosa uallium occidentium petens: ab initio paucis fertur undis. Inde adiutus ab aliis grandiusculis a sinistris Aretium uetustate nobilem ciuitatem linquens. Postquam

u

- florentinum intrauit agrum: eousq; labitur: ut Anchisam præterfluat maiorum eximii iubaris Francisci Petrarche poetæ conspicui uetustissimam sedē. Inde Florentiam totius Italię singulare decus paruo cursu cōtingit: & eius per medium currens petit alpeos: quorum antiquissimam urbē Pisas postq; in partes diuisit duas: haud longe ab ea (ut diximus) effunditur in Tyrrhenum: qui & si nauigabilis non sit: nec pisciū foecunditate famosus: si quis recitare uelit plurimum clarissimorum facinorum facile efficietur insignis. Ex quibus (ut aliis præstetur locus) unum recitasse satis est. Is quippe certatibus de orbis imperio Romanis: atq; Carthaginensibus: pro Romanis partibus uires posuit suas. Nam quū iam alpes ex Hispania ueniēs Hānibal poenus superasset: & Apennino transceso ex Gallia uenisset in Tusciam: a fefulis iturus Aretium quasi ex composito totus effluens in tantum ripas excessit: ut Poenū maxima exercitus parte priuaret: eumq; ducem cogeret mediis in undis elephanto superstiti insidere: quem adeo nocturnis ac palustribus auris affecit: ut oculo caperetur uno: & ob hoc arbitror a ueteri fama in hodiernum usq; seruatum: ut ob semicæcatū hostē Florētini quoz forsan i agro cōtingit: cognosciti sunt cæci: & si tātūdē fluuius egiss; alter: aut cæcus pugnasset Poenus: aut getam Italiam omisisset.
- A** bana fluuius est Damasci in radicibus Libani montis exortus in syriacum effunditur mare.
- A** biga fluuius est Numidię.
- A** blepus fluuius est Asię apud Lampfacum oppidum præterfluens: ex quo priapus fuit obscoenitate uirilium cognitus.
- A** bsartus fluuius est in pachieris montibus Asię ortus: i Pontum effluit haud longe a Trapezonta: quom Emocorum fluuius sit.
- A** bsilis seu Absilia perparuus fluuius est asię: Latīā præterfluens ciuitatē.
- A** bsyrtus fluuius Colehorum: quem fingunt ex sanguine Absyrti fratris Medeę: & ab eadem fugiente cum Iasone occisi ortum: & ideo sic uocatum. Ego autem puto secus hunc fluuium absyrtum a Medea occisū: & ob id uetere fluuii nomine subtracto absyrtus denominatus sit.
- A** bus fluuius Epyrri in finibus apolloniatum.
- A** bona fluuius est Britannię.
- A** cates Sicilię fluuius: in quo soliti reperiri lapides: qui & acates a flumine dicti sunt.
- A** capseonsis fluuius est Asię apud emocos preutelros Colehoz gētes.
- A** capsis fluuius est asię apud Lazos: qui & colebi sunt populi.
- A** chelous fluuius est Gręcię ex Pindo Thessalię monte effluens: oethoriam ab Armenia diuidit: & i Maliacum sinum effluit. Hic autē apud poetas famosissimus est: & de eo narrantur multa. Sunt qui dicāt hūc primum erupisse terrā. Alii uero dicunt eum primum uinū cū poculis

immiscuisse. Præterea talis ex eo fabula recitatur. Qui Deianirā Meleagri sororem in coniugium uolens cum Hercule: qui eam desponsauerat: certamen habuit: & quom se in uarias uerteret formas: tandem uersus in taurum longam cum Hercule luctam exercuit. Postremo altero priuatus cornu se uictum confessus est. Hercules autem deę copię dicauit illud: nymphisq; exhibuit. Cuius rei ueritas fuit: q̄ quom esset Achelous bicornis: & multum occuparet agri: quidam rex conatus est eum in unum alueum cogere. Quod quidem & si difficillimum fuerit: tandem peregit: & locus ille qui a cursu fluii remansit immunis: quū esset pinguisimum solum: maximam frumenti uini atque fructuum copiam incolis attulit.

Acherontus fluius apud Molossos oritur: & in thespótium effluit sinū seu potius (ut placet aliis) ex lacu thesprotię oriens in ambrachiū sinū cadit. Hunc poetę inferorū dicunt fluiū: eo q̄ liuentibus euebatur undis: & eius nomen sonet tristitia.

Acheron fluius Lucanorum est: Consentiam ciuitatē circundans. Apud hunc Alexāder epyrrotaz rex: & Olympiadis frater: qui Bruciis aduersus Lucanos auxilio uenerat: i trāsitu a Lucano satellite occisus est.

Acesinus fluius est Persię: & in Indum fluium cadit: nauigabilis quidē & magnus: circa quem ferunt arundines tantę magnitudinis atque grosicie nasci: ut singula earum internodia incolis præstentur nauigia.

*Hic arundines magnitudinis grosicie tante nascuntur ut de uno q̄ modo nauigium fiat prolio*

Acestis Indię prægrandis est fluius: atq; nauigabilis: quē iuxta Alexāder Macedo Bucephalam fecit construi ciuitatē: dimissisq; Taxile & Poro Indianis regibus: naues intrauit oceanū petiturus. Hunc ego arbitror i Gangem effluere.

Acis fluius est Sicilię ex Aetna monte procedens: ex cuius ripis fertur Poliphemum saxa in Vlyxem egisse. Hunc ubi de fontibus fontem diximus: & ibidem fabulam scripsimus mutationis eiusdem.

Acris Italię fluius est Heracleę ciuitati propinquus.

Addua fluius est Gallię cisalpinę: ex alpibus secundum quosdam fusus egreditur Iarium lacum: & ex eo integer emergens in padum effluit. Alii dicunt ex lacu originē trahere. Bonos quidem pisces nutrit: & potissime timulos.

Adonius fluius (sunt qui dicant) nascitur haud longe a tyberide ciuitate: & longo defluens cursu a cretico recipitur mari: quod mihi impossibile uidetur: quom in syriacum potius credam.

Adima Numidię fluius est.

Adumen fluius haud longe a Roma.

Adusa Epyrri flumē ē: a quibusdā eas appellatum Apollonię propinquus.

Aecis uel acras Macedonię fluius ē: & decurrit in Ionium: qd̄ nō credo.

Aesis fluius est in piceno ex apenino fluens in adriaticum cadit haud

- longe a Senogallia ciuitate.
- A**egos fluuius est in cberlonenso naufragio atticę classis insignis: cuius proximus sextos est abido oppositus.
- A**fas fluuius est Molossorum: in sinu cadens ambrachio.
- A**frodissius fluuius in Pyrea est: reddens steriles mulieres.
- A**gasinus fluuius pregrandis & clarus in indum defluit flumen.
- A**gecin minoris asię fluuius est.
- A**ger fluuius est Mauritanię: ex atlante monte profluens in occidentum: quom ex septentrionali regione sit ortus: in lacu eptagonum seu eptabolum tendit. Inde sub desertis montibus fluens per meridiana loca manat: & in paludem mergitur quandam: ex qua emergens progreditur: & Meroę insulam cingit: & cętera quae de Nilo: cuius hic uidetur initium narrabuntur.
- A**gilaa fluuius est Mauritanię cesariensis:
- A**gilines fluuius est orientalis apud censonas & aphilos: per quę Alexāder Macedo ad oceanum tendens deuectus est.
- A**gnices fluuius est armenię celebris: qui in tygrim effluit.
- A**gon fluuius est ęthyopię.
- A**gera Calabrię est fluuius: haud longe a freto siculo.
- A**gatenia Sicilię fluuius est a Colonia terme non distans:
- A**labastros fluuius est phrygię haud longe ubi Troia fuit.
- A**lacenon fluuius est Macedonię: ad quem pecora: quę candida nasci uolunt: deducunt incolę: cumq; nigra uelint: ad axum.
- A**lader fluuius est gallogręcię haud longe a uico: quem tisco uocāt incolę.
- A**lachim fluuius est Megaręsium: cuius fontē Dedalus dilatauit: agrūq; tradidit & regionem fertilem: quam idem fluuius deuastabat.
- A**lanus fluuius est Scythię: a quo alani populi denominati creduntur.
- A**lauria Britannię fluuius est.
- A**lbis germanię fluuius ē: & sueuos a cerueciis diuidens mergit i oceanū
- A**lbe bamblez flumen est in uasconia.
- A**lbaneis fluuius albanię: cui amazones & Sauromathę propinqui.
- A**lbula fluuius dictus est: qui hodie thyberis per urbem labitur.
- A**lces bithinię flumen est.
- A**lbione sicilię fluuius.
- A**lduasdulis fluuius uolsuncionis circuit ciuitatem.
- A**lemon fluuius Macedoniam determinat a Thessalia.
- A**lere uasconię fluuius est.
- A**lesus fluuius asię minoris est per colophoniam effluens.
- A**lpheus fluuius ē elidis iuxta Pisam decurrens: de quo concordantibus omnibus uiris clarissimis mirabile recitatur. s. q; in Achaia mergat: & i fontē arethusam apud Syracusas in siciliā exeat: & i mare siculum

Pecora albos fetus pueri ex baraq; bibentes  
 n ex axo mgete

Nant iuxta p̄tam a m̄ḡt̄ in achaiā p̄sichā exit  
 apud Syracusas a d̄m̄q; in ciuitate mare

uadat: quod olim piatis sacris percipitur: ut supra ubi de Arethusa dictum est: scribitur: ubi amoris eius in fontem. Sunt præterea qui dicant fontem in archadia esse: ex quo alpheus & arethusa procedunt separatim alueis: & demum post aliqualem cursum coeuntes in unum terra subeunt: & in syracusanum agrum effluunt.

**A**lfidamus Thessaliæ fluius est.

**A**liartes Boetiæ fluius est.

**A**liagmon fluius est Macedoniæ.

**A**libocrus fluius est orientis: nascitur ex monte lyseo: & in oceanum tendit.

**A**lis fluius est Capadociæ inter calibes decurrens iuxta Lycastam ciuitatem insignis uictoria Manilii Vulsonis: & clade Gallogrecorum: qui ibidem ducibus Louorio atque Lutario sumpserant sedes. Oritur quidem in radicibus tauri montis.

*Hic uictoria manilij uulsonis fuit q̄ gallogrecos moxno louorio & lutario ducis eaz̄ genaz̄*

**A**llia fluius est non amplius .xi. M. passuum uia salaria ab urbe distans e montibus crustumeriis effluens in thyberim: Romanis quippe abominabilis est. Nam ibidem a Gallis Breno lduce .xv. kl. augusti uires eorum omnes attrite sunt: ex quo illico urbis subsecuta ruina: & patrum cedes: atque capitoline arcis obsidio.

*Hic dux galloy brenus .ij. id romanoy atuita inde uictor. Thiqua d̄ zuzna a cetero patru*

**A**lintos Lucanorum fluius est: Lucaniam a ueliensibus diuidens.

**A**lificus Macedoniæ fluius est.

**A**lmon paruus est fluius Romæ proximus: in quo simulacrum Cybelis quom trahi non posset per thyberim lotum est: & ex idē .vi. kl. aprilis lauari in eodem annis singulis consuetum.

*Genes 20000 q̄ fuer̄ p̄ lanaz̄ annis singulis .vi. kl. aprilis in h̄ flumine ubi simulacrum cybelis lotum est*

**A**lloa bagorzan flumina sunt in terra Moedorum: ad quorum montes populus Israel captiuus deductus est.

**A**lmanicus armeniæ maioris fluius est.

**A**lpon taringiæ fluius est: inclutus Sigiberti regis Francorum uictoria ex aduersum se uenientibus habita.

*Indis sigibis francor̄ rex uictoria habuit d̄ inimicis ictis*

**A**lotis Calabriæ fluius.

**A**lsa fluius prouinciæ aquilegensis.

**A**lto fluius Dyrachii in Illyricum decurrens.

**A**lnus fluius dacis conterminus in oceanum effluit.

**A**masenus uulscorum fluius: ultra quem Metabus uulscorum rex fugiens telo alligatam proiecit: Camillam filiam suam.

**A**mesa Numidiæ fluius est.

**A**mesus fluius Romæ uicinus.

**A**mphita fluius circa initium Numidiæ.

**A**mphrisus fluius Thessaliæ: penes quem Apollo posita deitate propter fulminatam Aesculapium suum septem annis sub forma pastoris Admeti regis pauit armenta.

**A**mimon argiuorum fluius est ab amimone Danai regis filia nuncupatus

- ut præmonstratum est supra: ubi de amimone fonte.
- A**mis germaniæ fluius est in oceanum effluens.
- A**mpfaga uel ampfacus initium est Numidiæ: in mare decurrens apud  
Coloniam augustam.
- A**missis germaniæ fluius est in oceanum se fundens.
- A**missus fluius est haud longe a Pilo ciuitate Nestoris: Messenam in-  
terfluens ciuitatem.
- A**nas fluius est Hispaniæ Lusitaniam a betica separans. Oriens quidē in lau-  
minicano agro Hispaniæ citerioris: & modo in stagna se fundens: & nunc in an-  
gustias resorbens: aut in cuniculis totum se condens ad ultimum in atlanticum cadit  
oceanum.
- A**napis siciliæ fluius est leniter fluens. Hunc quidam anapasolios uocant.
- A**nathis fluius est siciliæ haud longe a syraculis.
- A**nathis fluius est africæ.
- A**naurus Thessaliæ fluius est: sic denominatus: eo quod ex se neque auram neque  
nebulam emittat. In hoc calciamentum Iason ad sacra Peliæ ueniens dere-  
liquit: quod cernens Pelias intellexit se moriturum cito: & eum in colchos misit.
- A**narius fluius est propinquus bactris: alexandriam: quam ibi constructi  
fecit Alexander præterfluens.
- A**neus siciliæ fluius est: qui per .ii. m. p. sub terram se mergens syraculis  
miscetur mari: appellaturque anopos.
- A**ndrochius fluius est Ciliciæ: ex amano monte progrediens.
- A**nemon fluius est prope Romam.
- A**niene fluius est inter Sabinos & Romanos: quem aliqui anio uocant:  
& ex trebanorum montibus oriri dicunt: insignis uictoria Tulli Ho-  
stili regis: qua fidenates fudit Romanorum hostes.
- A**niger seu antiger uel anager fluius est Thessaliæ: in quo centauri ab  
Hercule uulnerati lauerunt uulnera sua. Quamobrem quum primo habuisset  
aqua dulces atque potabiles: habuit postea fetidas atque turpes.
- A**nixer fluius tusciæ propinquus Pisis.
- A**ntrum britanniæ flumen.
- A**nulo fluius est mauritaniæ: in quo iam dudum consueuerant elephanti noua uisa  
luna descendere & sese lauare: inde exeuntes eas salutare: & in syluas redire.
- A**nxius fluius (ut quidam uolunt) ex monte armenio nascitur: & per cau-  
casum in Mesopotamiam transiens occurrit pactolo flumini ex cau-  
caso cadenti: & unum facti in Eufratem demerguntur.
- A**ous fluius apolloniæ inter meropum & asuam montes decurrit in meoniam.
- A**pidam<sup>9</sup> thessaliæ fluius est: in quo eniphæus melax & phoenix miscen-  
tur: quos ipse secum in peneon defert.
- A**per fluius est inter apolloniam & Rusiam.
- A**ppior fluius est germaniæ: inter farmathas nascitur: & effluit in danubium.

## Flaminibus.

- A**pius fluuius galliæ cisalpinæ in padum mergitur.  
**A**ponus Venetorum fluuius haud longe a Patauio.  
**A**rcostia fluuius circa aratosiã ciuitatē oli a semiramide regina cõditã fluēs.  
**A**rabis fluuius Carmaniæ apud Cenolophagos labens: qui quidem sunt  
 hoies testudiuꝝ cõchis casã tegētes: birti coriisq; pisciũ uestiti icedētes.  
**A**ranta fluuius est Lacedaemoniæ ciuitati uicinus.  
**A**rar germaniæ fluuius est euogeso effluens monte: & per fines eduorũ  
 atq; sequanorum adeo leuiter currit: ut uix intelligi possit: quam in par  
 tem descendat. Tandem miscetur Rhodano.  
**A**ratus Molossorum fluuius est.  
**A**raxes ingens armeniæ fluuius est: & ab Eniochorum montibus originē  
 trahens: q̄diu secat arua armeniæ: placidus quietusq; descendit: adeo ut  
 utrãq; i partem effluat facile non possis dignoscere. Quũ uero rupibus  
 premitur: tanto perniciosior effici uidetur: q̄to uenerat illuc usq; quietior  
 Rapiunt quidem se & uasto cũ murmure uoluitur adeo uelox: ut ante q̄  
 alueũ attigat: sese ultra uehat unda. Demũ ubi curuatur iterũ fit trãgl  
 lus: & qui uno exiuerat alueo diuisus in duos cadit i Caspiũ. Huius in  
 margine Persepoli olim Persarũ metropoli: & ab Alexandro Macedo  
 ne deletã fuisse uolunt: adeo ad nihilũ iãdiu retractã: ut arbitrentur po  
 tius q̄ sciant incolẽ quo in loco tam clara ciuitas sita fuerit. Aliqui pu  
 tauerunt hunc in Tyrum ferri: & a Tyro in Caspium mare.  
**A**rasaces fluuius est principio rubri maris propinquus per deserta loca  
 & cineri magis q̄ terrẽ similia effluens.  
**A**rauis sabeorum fluuius est.  
**A**rbrin Parthorum est fluuius.  
**A**rbor armeniæ maioris fluuius:  
**A**rcesim indiæ fluuius est: & in indum fluit.  
**A**rdalio fluuius est inter tebastem & metrideram ciuitates:  
**A**reda fluuius est Hispaniæ: a quo arenates denominati sunt.  
**A**rethon fluuius ex archanania cadens grandis atq; nauigabilis efficitur  
 & circũdatis cursu ambracbiæ ciuitatis muris i sinũ cadit ambrachiũ.  
**A**rgaon histriæ fluuius est.  
**A**rimaspus fluuius est aureis harenis effluens inter scythas.  
**A**riminus fluuius Italiæ penes ariminum oppidum a se denominatum.  
**A**rinocolira fluuius est egypti: & terrẽ promissionis terminus.  
**A**rint fluuius est apud Dacos.  
**A**rmodius fluuius apud egyptos nascitur: & in sinu mergitur persico.  
**A**rmilla fluuius est inter polloniam defluens & Rusiam.  
**A**rnus fluuius est arabia: diuidens Meotidẽ ab amoriade: & qui in mon  
 tibus arabie natus fuerat: in lacu assaltidis terminatur.  
**A**rnus fluuius apud uasconas est. de Florẽtino i principio dictũ est.

- Arosapon** fluuius in India est in regione aricina feruoribus exusta: atque circūdata desertis: cuius cultores circa fluuiū hūc arcon ciuitatē incolūt.  
**Arapsus** fluuius asię ē: cui arapsa ciuitas ē apposita ultra Lycū fluuiū lydię.  
**Arabris** fluuius indię: quem Codroni incolunt: quos quidam in sinu rubri maris dicunt. Hi quidem domorum fores ex maxillis beluarum faciunt: ossibus tecta contignant: ut Alexandro macedoni relatum est.  
**Armoniacus** Numidię fluuius est.  
**Armania** armenię fluuius est in Eufratem defluēs: quē tygri misceri quidam uolūt: & demū quom lenius fluat separari: & in eufratē mergi.  
**Arcandus** fluuius influit in limira: haud longe a monte masitico.  
**Arsena** Gallię fluuius est.  
**Arsia** fluuius Illyrici est.  
**Arsula** fluuius Rheno propinquus.  
**Arsorasines** fluuius est haud longe a bosphoro.  
**Artemon** fluuius minoris asię.  
**Aruina** fluuius africę haud longe ab hippone regio.  
**Arsanus** fluuius mesię est.  
**Arsana** mauritanię fluuius est ex atlante scaturiens: haustu salsus: cocodrillos atque byppotamos nutriens.  
**Arsassus** fluuius est thessalię secus heracleam ciuitatem: quę in radicibus est montis oetę effluens.  
**Arsarinaxis** fluuius est germanię.  
**Arscanius** fluuius est misię.  
**Arscelphus** fluuius est colchis propinquus.  
**Arsdrubala** fluuius nascitur in montibus bodua: & in mare caspiū fluit.  
**Arsiacus** fluuius est Scytharum inter calipodas asiacasq; discurrens.  
**Arsimus** fluuius ē ī sicilia apud carinā ī littore tauromenitanoy descēdēs.  
**Arsima** fluuius est britannię.  
**Arsopus Boetię** fluuius est: ex quo talem ueteres recitant fabulam. q̄ quū Iuppiter in aquilam transformatus Eginam filiam suam uitiasset: totis aquis pro uiribus ulturus iniuriā ignominiāq; si posset: exurgebat in cęlū: quo ausu iratus Iuppiter eū fulminauit. Hic tamē ī epidanū īfluit.  
**Arsopus alter** a superiori fluuius est asię pręterfluens una cum capro fluuimine laodicem celeberrimā urbē Lyco impositam flumini.  
**Arsis** fluuius est apud Illyricum.  
**Arsosima** Sicilię fluuius est.  
**Arsstago** Venetorum fluuius est.  
**Arsstabores** fluuius est iter africam & ęthyopiā apud meroē insulā: q̄ una cū astabo fluie iunctus nilū facit: de quo plene infra ubi de nilo scribet̄.  
**Arsstabus & hic** fluuius est meroē insulam ęthyopum altera ex parte circūfluens: ut proximo supradictum est.



- A flura** Hispaniæ fluvius est: a quo astures hispani populi denominati.  
**A sterion** achaicæ fluvius est: in nemea insula placide effluens.  
**A ston** fluvius est phrygiæ.  
**A Stras** fluvius armenie maioris.  
**A stragus** fluvius est æthiopie: cuius ripas incolunt æthyopes nomades in occidentem uergentes.  
**A subula** fluvius est africæ propinquus salaat portui.  
**A tax** fluvius est ex pyrreneo monte effusus: cursu lenis: & inter laudanum & rhemos effluens Narbonem attingit: ubi nauigabilis efficitur: imbribus adeo turgescit: ut seipsum capere non possit. Hic in rubreso lacu mergitur: & inde tenuis in tyrrhenum mare.  
**A tesmes** Indiæ fluvius est permaximus.  
**A ternus** fluvius est Italiæ: quem penes adria colonia est. Hic per marfos decurrit in adriaticum.  
**A thesis** fluvius galliæ cisalpinæ in tridentinis oritur alpibus: cursu rapidus tridentum radit. Inde Veronam in duas diuidit partes: & postremo padi paludes amplissimas supra fluens haud longe a brundulo in teger in adriaticum mare funditur.  
**A thenis** galliæ fluvius est.  
**A tir** fluvius est tamardiæ ciuitatis aquitaniæ: in oceanum defluit.  
**A tiras** fluvius inter Constantinopoli & Thraciam labitur.  
**A tisa** fluvius est aquilegiæ in adriacum fluens.  
**A trax** fluvius est oetoliæ: a quo dicti sunt atraces populi. Hic in Ionio funditur mari.  
**A ua** fluvius est scythiæ: & in Pontum cadit.  
**A uentius** Britannie fluvius.  
**A uelimphius** fluvius est hiberniæ per dublimam effluens regionem.  
**A uenimorus** in hibernia est fluvius lismonensem rigans prouinciam.  
**A suphetus** uolscorum fluvius: supra quem terracina ciuitas.  
**A uphidus** apuliæ fluvius est: ex hirpinis exiens montibus Canusiū præterfluit: & in Adriaticum mare ruit. Hic tamen ab aliquibus cæna uocatus est: quo nomine uicus ei superueniens nuncupatur. Celebris quidem est illa Romanorum ingenti clade: ex qua uictor Hannibal ex occisorum manibus nobilium tria collegit modia anulorum.  
**A uoceladus** Hispaniæ fluvius est inter celticos effluens.  
**A xon** fluvius apud ionas in minori asia.  
**A xius** paphlagonum est fluvius.  
**A xona** fluvius est in extremis Rhemorum.  
**A xus** Macedonum fluvius est: cuius ex aqua si pecora potent: nigros pariunt foetus.

Hic ambalgro p. vna  
 ex manib. dicitur in a mod  
 in allegit annis

Petra hanc aqua potatco parit mscos fetu

- B** Arbena fluuius in illyricum currens.  
 Bactus apud darefos fluuius est.
- B** actrus fluuius est circa fines scythiæ sub monte effluens parapanis: ubi bactrorum ciuitas zaneftes dicta est: sed & ipsa & populi a fluuio nomen sortiti sunt.
- B** accus hispaniæ fluuius est Cordubæ ciuitati propinquus.
- B** alcus fluuius est colchorum: in ora emochianorum atq; prenstelorum.
- B** acuntius fluuius septentrionalis: credo Pannoniæ propinquus. Hic in suo flumine apud syrinthum oppidum fluit.
- B** acturnigeron est fluuius propinquus portui pathëno.
- B** amborus fluuius est apud æthyopas claradditas: cõfertus byppotamis & crocodillis.
- B** ana syriæ fluuius est: quæ sub libano supra dixim⁹: & albana noiauinus.
- B** anna fluuius est hiberniæ per ulconiam effluens regionem. Nam exiēs ex lacu eiusdem prouinciæ permaximo in borealem oceanum decurrit. In hoc enim olim piscis repertus est formam salmonis habens tantæ magnitudinis: ut nullo modo integre in margine trahi posset.
- B** algis germaniæ fluuius est: montibus scaturiens sarmatarum.
- B** barbarus fluuius est indici oceani: per quæ transiit Alexāder Macedo.
- B** argens Numidiæ fluuius.
- B** argus thraciæ fluuius in ebrum cadit.
- B** astros maioris armeniæ fluuius est.
- B** atinias fluuius est chersonenso (ut arbitror) proximus.
- B** autica fluuius galliæ cisalpinæ in Padum fluens.
- B** asileus fluuius insulæ Cypri: syriacum prorumpens in mare.
- B** edese fluuius est Rauennæ: quæ sabinorum oppidum quidam dicunt.
- B** ellus fluuius phoenicis ex candea seu candebra palude in radicibus montis carmeli procedens: & paruo contentus cursu apud tolomaidā Claudii Cæsaris coloniam: quæ quondam acron dicta est: mari miscetur: harenas quidem habet uitro accomodas plurimum.
- B** erua fluuius est hiberniæ: quæ & scotia ex monte blagme effluens: & per Lichiniam currens.
- B** ethis fluuius est terraconensi prouincia demissus: per mediā fere hispaniā sicut nascit̃ alueo uno decurrit: nomē imponēs regioni. Post autē mari propinquus igētē ex se lacū facit: ex quo duplex egredit̃ tātus utroq; gurgite: quæ solus intrauerat lacū: & sic geiatus in oceanū labit̃ occidentale.
- B** etulus paruus fluuius barginonis littori proximus.
- B** ibilus fluuius est hispaniæ: cuius aquæ circa ferri temperamenta acerri mi uigoris sunt: adeo nullum telum approbent incolæ: nisi quod in eodem tingatur: aut in calibe: quem quæque uirtutis aiunt.
- B** icornius germaniæ fluuius est: & in eadem nascitur.

Fluminibus.

- B** illus Asię minoris fluuius citra paphlagoniam:
- B** ifingibilia fluuius albię est:& in oceanum funditur.
- B** lexa fluuius Gallię:
- B** oandus hibernię fluuius est:& per regionem mediam funditur.
- B** ombos fluuius haud longe a seleucia calidano flumini imminente.
- B** orcani sardinię fluuius est.
- B** oreus fluuius boreo promontorio oceano serico iuncto proximus est.
- B** oristeus fluuius est scytharum:nomen incolis sibi adiacentibus: atque lauci tribuens:& quū cęteri scytharum fluuii turbidi fluant:solus hic clarus atq; potabilis labitur:pabula lęta alens & pisces optimi saporis: quibusq; nulla sunt ossa.Ex longinquo plurimum effluit:& ex incognito fonte adeo:ut p spatiū itineris.xl.diez strigat alueo: & tāto ē nauigiis aptus spatio:& iuxta boristenidā atq; olbiā gręca oppida cadit in euxinum.
- B** oua orientalis atq; nauigabilis est fluuius in gangē fluens.
- B** ouzmelo Cilicię fluuius est:haud longe a lico amne.
- B** ragada fluuius est africę iuxta oppidum musti.Huic quū uicinus esset Castrametatus.M.Atilius Regulus consul Romanoꝝ bellū agēs cōtra Carthaginenses:querētibus militibus suis ad flumen aquatū ibant se a serpente infestari accessit:& cōperit secus flumen serpentē lōgissimū:in quē quū balistis aliisq; machinis bellicis nil agere posset: conuocato ad opus exercitu lapidibus obrui fecit:demum sublato ei mortuocorio longitudinis pedum.cxx.Romam quasi mirabile misit.
- B** rison ęgypti fluuius:& a nilo impletur:cuius in confinio abundare elephantē consueuere.
- B** ricrates fluuius est ex timaro monte progrediens: miscet q; arino.
- B** renta fluuius Venetorum secus Patauium fluens: & mergitur in extremo sinu adriatici.
- B** rixa fluuius est in extremo persarum latere:tantū limi trahens:ut coeno illam oram inaccessibilem faciat.
- B** ruxa fluuius est in confinio italię Galliam cisalpinam pergētibus adriatico littori adiacentē:qui iādudum rubicon dictus est.
- B** ronona uasconię fluuius est.
- B** ugenis fluuius est scytharum:in lacu balesicorę cadēs meotidi uicino.
- B** ultricius pannonię fluuius est.
- B** ura fluuius est arabum seu arabis propinquus.
- B** utbes fluuius est scytharum:cui proximi sunt sarmatę & agatirsi.
- B** utrotus fluuius in extremo Italię angulo:penes locros profluens.
- C** Abrius persarum fluuius hostio portuosus.
- C** Caicus misię fluuius est:ueniens a teutrantā loco ultra pergamū ciuitatem:quę teutrantā iam pars eolidis atq; troadis fuit.

*Castmetatus. M. Attilius Regulus consul Romanoꝝ bellū agēs cōtra Carthaginenses: querētibus militibus suis ad flumen aquatū ibant se a serpente infestari accessit: & cōperit secus flumen serpentē lōgissimū: in quē quū balistis aliisq; machinis bellicis nil agere posset: conuocato ad opus exercitu lapidibus obrui fecit: demum sublato ei mortuocorio longitudinis pedum. cxx. Romam quasi mirabile misit.*

- C**aistrus fluuius est labens præter asiam paludem asiae: ex albanis iugis cadens: & ciuitatem abluit Ptelę sub piono monte.
- C**alamac fluuius est syrię.
- C**alcanius campanię fluuius est.
- C**alibs Hispanię fluuius est: cuius aqua si temperetur ferrū longe acti9 aque uolentia redditur: q̄ sua fuerit ante natura: adeo ut nullū approbent Hispani telum: ni sumperit ex calibe temperamentum.
- C**alydon Oetolię fluuius est: quem ego Acheloum puto a calydone oppido Oetolię: quod præterfluit denominatum.
- C**alor fluuius est in samnio Beneuento iunctus: clarus Caroli regis Sicilię uictoria: & cede Manfredi.
- C**alicadnus fluuius est propinquus corico monti.
- C**alos Mesię fluuius est.
- C**amander fluuius est troianus: qui aliter Xantus dicitur: fama lōge maior q̄ facto. Iunctus autem Symeonti paludem faciunt: que etiam Camander dicitur. Hinc ex Ida nati in portum effluunt achęorum. Ab hoc fluuio Hector Astyanactem filium nominauit Camandrum.
- C**ambises fluuius est hircaniae ortum habens in montibus Caucafi: cui quom propinquus ex coraxici montis radicibus erumpat Cyrus: abeuntes in diuersa byberos & hircanos longo interuallo distantes irrigāt. Inde longe a mari i uno eodēq; lacu sese recipiunt: & in Hircanum sinum uno alueo deueniunt.
- C**ambri fluuius est apud seres: qui offeres uocātur: quod latine sonat syluarum nobiles. Hi quidem mites sunt hoies: & aqua pfusa frōdiū depectunt caniciē: alioꝝ mortaliū cōsortiū fugiūt: & comercia appetunt.
- C**ampicapes scytharum fluuius est: Nomadas distermians & georges. Verum sunt qui confluere eum dicant infra olbiam una cū borystene.
- C**ampania Gallię fluuius est.
- C**anucos sicilię fluuius monti adusto simili Africano iunctus.
- C**ana fluuius est Apulię: quem supra aufidum nuncupauimus.
- C**annas bragmadorum fluuius nauigabilis: quem atrogaligę populi incolunt. Hic in gangem effluit.
- C**ātabani fluuius est orientalis: qui susceptis aliis tribus fluminibus in Indum labitur fluuium.
- C**appadox amnis cappadocum est: qui galacias morinas terminat: & de se cappadocię nomen dedit.
- C**aper asię fluuius est laodociā lico flumini appositam abluens.
- C**aractes fluuius est pamphylię: sic dictus quia se præcipitat: iuxta quem Perga oppidum & Dianę tēplū: que & Perga ab oppido dicta est.
- C**arcines fluuius est nauigabilis i extremo Italiae positus haud longe a Petilia ciuitate.

Mors manfredi et victoria caroli regis sicilie

Fluminibus.

- C arambucis fluuius est sub arctoo: ubi ripheorū mōtium iuga deficiūt: apud quē habitāt populi: quos arimphēos dicūt hypboreis gētibus similes. His quidē sedes sunt nemora: cibus bacce: dementes habent ritus.
- C aresus fluuius est ex ida troianorum monte diffusus: Homeri uatis carmine celebris: esto nulla eius uideantur uestigia.
- C arie fluuius ē Colchoꝝ i phasim pfluēs: cuius ripas salcię gētes icolūt.
- C aruntis asię fluuius est supra Bithyniam nicomediensem fluens.
- C arco fluuius est in regione carnorum Aquilegiam p̄terfluens.
- C asilinus campanię fluuius: a quo & oppidum casilinū dictum: insigne oppidanoꝝ fide erga Romanos: dū obsideretur ab Hānibale Poeno.
- C aspasmus fluuius est apud scythas.
- C asus fluuius per Albaniam fluens.
- C atimon sicilię fluuius est.
- C aularius fluuius in agro idensium est: haud longe a carallite palude.
- C ecina fluuius est tuscię: per agrum effluēs uulterarum cadit in arnum.
- C ephalcidis sicilię fluuius himerę oppido proximus.
- C ephesus nauigabilis fluuius est in finibus pandorum persarum.
- C ephesus Boetię fluuius est sub Parnasi radicibus fluens: cuius in marginibus aiunt fuisse templū deę Themidis: ad quod Deucalion & Pyrrha consulturi de restauratione humani generis post diluuium accesserunt: & ob id aqua Cephisi fatidica nuncupata est: quam aiunt quom ex eodem lacu cum flumine mela exeat: & ille nigras aues faciat: albas facere nigras: nigras aut rufas. hūc p̄terea dicūt narcissi fuisse patrē.
- C ephne fluuius est orientalis: inter quem & indię regionem: quę dicitur geria: habitauit qui ex Ofir: q̄ de genere fuit Ober descenderunt: & ex inde Salamoni aurum deferebatur.
- C heladon arcadię fluuius.
- C helonates fluuius in ea ora: in qua cyllene & callipolis.
- C herati indię fluuius est: qui pisciculos producit errantes per aridam & demum in fluuium redeunt.
- C herius fluuius est in euia regione: ex quo si potent oues albę: nigre efficiuntur: quom in neleo flumine huic propinquo contingat contrariū.
- C eleus fluuius est phrygię.
- C erretorium torrens est fere inter pistoriensem agrū atq; lucensem: hīc habens Izamū oppidum: inde Pisciam: qui miraculo suo solus torrens meruit inter flumina memorari. Hic (ut aiūt incolę) paruo montis decliua cadens non imbre turget: ut reliqui: quinimo (ut iidem asserunt) de decēnio in decēnium: seu paulo amplius non determinato tēpore: sed fortuitu: & dū minus ab ipsis exp̄ctatur: ex imo telluris uentre repente & fere in momento tam grandē lapidū euomit copiā cum igēti strepitu sese illidētū saxoꝝ: ut qui uiderint obstupescant: eoq; in modū

*Oues albę nigre efficiunt si ex aq̄ bibunt q̄ gēniū d̄m neleō fl̄.*

*Handwritten note in the right margin.*

labētis aquę impellit etiam leniter in decliuū: ut sese lapides mouētes uideas: motus uero causam uidere non possis. Et hoc ter uel quater in die per horam dimidiam perseverans agit: nec unica die tantum: quā imo duobus uel tribus aliquando continuis: & sereno caelo decurrens in admirationē sui non solum externos: sed etiam trahit indigenas: & demū subsistens expectat donec decēnium more solito elabatur.

**C**erbalus apulię fluuius est olim in finibus daunorum.

**C**hereste fluuius ex tauro profluēs: ī oppositū insulę mergitur rhodiorū.

**C**hesimon fluuius e caucaso monte profiliens erumpit in pontum.

**C**estros fluuius est pamphylię nauigabilis: inter quem & caractes perga oppidū situm est: & Dianę tēplū: quę & perga ab oppido denoiata ē.

**C**iaos fluuius est colchorum ualissimus: & in faucibus phasis eidē miscetur phasidi.

**C**idara fluuius est insulę taprobanes ex megiba stagno effluēs: & in oceanum uersus septentrionem & indiam cadens.

**C**idonus fluuius cilicię est: ut aliqui dicunt: ex tauro monte fusus. Alii uero ex alueo cobidapsi: eo quod dulcedine & suauitate saporis illi perfimilis uideatur. Tarsum insignem cilicum ciuitatem cursu diuidit: & magis liquore quā spatio memorabilis leui tractu effluit a puro susceptus solo: cuius placidum cursum nec torrentes urgent: aut alueum turbāt: frigiditate plurima & riparum amoenitate desyderabilis: adeo ut Alexander Macedo estuans ob laborem dum se lauaret in eo: fere letalem egritudinem traxit. Qualis emanat e fontib⁹: talis sali miscetur undis. uere tantū quom liquantur niues turgescit.

Hec aqua medezina est laborantibus podagrica morbo

**C**idnus a candore denominatus: nam incolę quicquid album cidnum uocant. Pręterea podagricis eius medentur aquę.

Hec plurimum est podagra laborantibus

**C**idrinus fluuius est inter ianeos & cerasmos.

**C**idus cilicię fluuius: podagra laborantibus conferens plurimum.

**C**inibs arabię fluuius est gemmarum plurium generum abundās: adeo ut assumptę camelis deportentur in oppidum tybrestum.

**C**inos fluui⁹ ē nomadū: qui quidem ultra incompertam nauigationem in persico mergitur sinu.

**C**inips fluuius est in Libya defluens per uberrima arua haud longe a lepti oppido: circa quem aiunt grandes hircos oriri.

**C**inga fluuius rapax ē a cingendo dictus in Hispania: & effluit ī byber.

**C**hios fluuius est misię.

**C**inthus Laconię fluuius est.

**C**iren fluuius est Hispaniæ: qui alio nomine Bethis dicitur.

**C**irta Masiliensium fluuius est iuxta urbem Agatham.

**C**irus fluuius est radicibus montis coraxici prępēs haud lōge a cābiso: & postquā distātib⁹ alueis byberos hircanosq; circuiuere: quāsi ex cōposito

1 cirta est betis

## Fluminibus.

- haud lōge a mari ī lacū unū redeūt: ī sinū bircanū uno tramite currūt.
- C**ithios fluuius est ultra Bithyniam nicomediensem.
- C**lanius campaniæ fluuius est haud longe a Neapoli: acerras præterfluēs.
- C**larath fluuius est Africæ: in quo crocodrilli gignuntur.
- C**laudus fluuius asiæ minoris: Lisæ oppido atq; Ocrusæ uicinus.
- C**led fluuius est hiberniæ.
- C**lerus Hispaniæ fluuius est.
- C**litor uel cliton Arcadiæ fluuius.
- C**litūnus Vmbriæ fluuius apud meuaniam & spoletū defluēs: ex quo (ut quidam uolunt) si confecti postq̄ concepit bos bibat: albū pariet. Quā obrem Romani magnas hostias Ioui imolaturi ad hunc locum pro albis tauris mittebant. Hunc alii fontem: alii lacum dicunt.
- C**lius seu clinis fluuius est Mauritaniae: ex atlantis septētrionali plaga progrediens in occidentem tendit: & in lacum funditur epytāgonum: & mutato nomine dicitur agger: & postremo multis peragratis regionibus nilus efficitur: & ideo ubi de nilo scribetur īfra plenius apponet.
- C**lodianus fluuius ē ex pyreneo exūdās: & ad emporia se ferens.
- C**oapsis fluuius est moediæ: sese in tygrim deferens apud persas. Huius fluis dulcis est aqua: ut persarum reges q̄diu īter ripas p̄sidis effluebat: soli ex ei⁹ aq̄s potabāt: & p̄fecturi p̄ gre adhuc etiā illas deportabant.
- C**obar Babylonæ fluuius est.
- C**obulatus fluuius est minoris asiæ: Gallogræciæ propinquus.
- C**ocytus infernalis est fluuius: poetarum carminibus celebris.
- C**onderon fluuius est arianiæ regionis: feruore solis exaltus: desertis circūdatas non longe a Baetris: cuius quidem cultores circa hunc fluuiū & alium nomine Aroxapem omnes inhabitant.
- C**oeranis minoris armeniæ fluuius insignis habetur.
- C**ophata seu copbinus fluuius est indiæ: propinquus oppido indorum: quod dicitur Peucodatim.
- C**oganus fluuius est asiæ minoris præterfluens radices Timoli montis: cuius in marginibus loreni & philadelpheni habitant.
- C**olaphis fluuius ē p̄anoniæ: q̄ fluit ī saū p̄ colapianos breucosq; fluētē: & cū duplici mergat̄ alueo: facit insulā: quam segestiam incolæ uocant.
- C**open fluuius est indiæ: in indum fluuium cadens.
- C**oralis fluuius est Phrygiæ: & susceptis tembrogio & gallo fluminib⁹ in bosphorano littore ponto miscet̄. Hic a multis sangarius appellat̄.
- C**orineus fluuius est haud longe ab eritriis & promontorio mimantis & clazomene.
- C**oronalos fluui⁹ est haud lōge a palude: quæ olim adramitēos dicta est.
- C**orex persarum fluuius carmaniis proximus.
- C**onsuagus fluuius indiae nauigabilis est: & in Gangem cadit.

*Si post cōceptū illis bos bibat pariet albū feni*

- C**orus fluuius est asię minoris sub amāno defluens monte non longe ab oppido egrę.
- C**ratides fluuius est Calabriae. Verum ab aliquibus Cratim dicitur: & pręter taurum oppidum labitur: ex quo secundum quosdam qui biberint flui efficiuntur. Alii uero dicunt si qua biberint pecora: candida fieri: quom nigras faciat sibiris huic propinquus: nec incolas carere beneficio dicunt. Nam sibirim bibentes nigriores dicunt atq; duriores & crispo capillo: quū q crati bibūt cādidiores sint & coma dimissa.
- C**remera fluuius est inter romam & ueios: quem penes. cccvi. ex inclyta familia Fabiorum die una pugnantēs a ueientibus cęsi sunt: quom non nisi unus: & hic paruulus superesset.
- C**renactas fluuius est indię nauigabilis: & in gangem fluens.
- C**rianos fluuius est paludi propinquus: cui dicebatur olim adramiteos.
- C**rinifus fluuius est sicilię: quem aiunt Acestis regis fuisse patrem.
- C**rifas syrracusarum fluuius est ex monte ueniens etneo.
- C**riscitoras fluuius est sub imano monte: qui caucasi finis est.
- C**riforus fluuius ex timolo monte progreditur: sardibus propinquus: uulgatiori nomine pactolus nuncupatus: qui eo q aureas habeat harenas: chrifori nomen sortitus est.
- C**roconus seu crocaculus fluuius est bruciorum: seu salentinorum nauigabilis: in quem si lignum fustem ue deieceris: uel frōdes: lapideo cortice obdurantur.
- C**rustumium flumen est haud longe ab arimino: a quo oppidum denominatum est: & defluit in adriaticum.
- C**urrinanta fluuius nascitur in cāpis comagenę: & i persicū decidit sinū.
- C**uta fluuius est persarum: a quo cutes dicti sunt persę: qui ad icolendam Samariā ob Iudęoz captiuitatē uacūā a persis regibus missi sunt.
- C**uuentus fluuius Oetolię Calydonem secus fluens.
- D**Alierus fluuius est indię: & in oxum fluuium terminatur.
- D**anapris scytharum fluuius in pontum fluens.
- D**anes fluuius est syrię crocodillo monti propinquus.
- D**ania fluuius est Mauritanię Perosis: quem alii turbulentam dicunt.
- D**anius Acerrarum campanię fluuius: quem supra Claudius diximus. Vtrum horum uerum sit nomen ignoro.
- D**anubius fluuius Europae permaximus oritur in iugis norię germanię montis ex aduerso oppidi Gallorum scaurici: & effluens ab occiduo i orientem per innumerabiles labitur nationes: a sinistris linquens germanicas: & a dextris Theutonicas: pānonias: atq; medias. Et postq plurimum sui cursus lapsus est: mutato nomine dicitur histrus seu hister: & .lx. permaximis fluminibus auctus per septem ora: uel secundū alios per sex in euxinum mergitur mare: ultra .xl. m. passuum infra amaras



undas impetu suo dulcem querentibus exhibens haustum: ex quibus ostiis quattuor nauigabilia sunt: reliqua uero non apta nauigiis. Primum quidem ostium aiunt uocari peucos: & ea peuces appellatur isula: cui alueus proximus est: ex quo & palus oritur ingens: & lacus super istropolim: quem aluum uocant. Secundum autem ostium uaratuostoma nuncupatur: & tertium calaustoma secus sarmaticam insulā. quartum uero pseudostomon: & insulam canopodiabasis. quintum bonostoma. Sextum quidem spirebostoma. Septimum nomen nō habem⁹. Sunt insuper qui uideantur arbitrari ex eo tria progredi flumina: eas scilicet secus Apolloniam effluens: & nar liburnos separās & phileos: & histrum: qui per histros labitur: & nomen largitur eisdem.

**D**ardanus fluuius est Mesig: a quo puto dardanos populos uocitari.

**D**asibaris fluuius est garamantum.

**D**iana fluuius est apud Camarinam: cuius aq̄ nisi pudice haustē sint: in unum corpus cum uino non coeunt.

**D**iardeus fluuius est: qui ab ultimis indiē ueniens crocodillos: ut Nilus: & delphinos atq; alias gentibus incognitas beluas alit: in gangem tandem ellabitur.

**D**ipsas fluuius ex tauro monte cadens.

**D**irmus fluuius est apud illyrios: cuius in ripis moniuolanū oppidū: qd̄ antea colchinum dictum est: eo q̄ a colchis sit cōditum: & scodra billorum: cadit enim ex palude ligisti.

**D**rauus est pānoniē fluuius: & in danubium labitur.

**D**rica fluuius apud dacos: & in danubium finitur.

**D**ruentia fluuius est ex alpiibus fluens: & apud allogobras in rhodanum sese mergens: transitu pre ceteris galliē fluminibus difficilis. Nam quom maximā aq̄ uim uehat: nullas tamen naues patitur: eo q̄ nullis includatur ripis: sed in amplū hinc & inde uadit: & ulterius postea alueos faciens atq; permutans: & assidue glareosa saxa reuoluens: nullā etiam expedito pediti uiam uiolentissimus pr̄bet tutam: quem druciā nūcupari arbitror: quia obices diruat omnes: nouē quidē Babyloni propinquus est.

**D**urda fluuius est a tauro defluens mōte: quā quidā scribunt clurda.

**D**uder fluuius minoris asiē haud longe ab anthiochia: cuius in ripis meandropolis & eumenia oppida fuere menādro flumini propinqua.

**D**urius hispaniē ulterioris est fluuius: a quo lusitania incipit: is enim ultimi promontorii radices abluit.

**E**As fluuius a quibusdam adusa uocatus: quem quidam dicunt ab histro moueri: & apud Apolloniam olim corinthiorum coloniā in epyrro posita fluere: & in ionio misceri salo.

**E**benos seu euenos fluuius est: quem centaurum aliqui nominant: eo q̄

- in eo neffus centaurus ob raptam a se Deianiram ab Hercule confos-  
sus sit: qui in mare effluens habet in ripis lernetos & miletos.
- E** brus inter Thraciæ fluuios celeberrimus est: qui fusus a strimone ada-  
mātos adrifazq; gētes abluit: & a colētibus carbiletis: pirogetis: atque  
dragetis: necnō & lētas maiores hemo subditos: atq; minore rhodope  
subiacētes itus fecat: habēs ex parte una cicones & dorifcos: ex altera re-  
lictis primatib⁹ & dolōgis: tinis: corpulis: aliisq; barbaris: habēs ubi  
mare miscet portū tētoris: & Polydori tumulum: & ultra se apollinis  
zeruncii.
- E** cos fluuius ingens est: nascitur quippe ex monte taumefce: & in quicq;  
diuisus alueos per caucalum euehit oēs loco: qui appellatur Scelantes:  
inde se in Gangem proripit.
- E** dabis Moedoy fluuius: penes quem populus Israel captiu⁹ religat⁹ ē.
- E** das fluuius est prouinciæ septimang: in mare declinans gallicum.
- E** dripis fluuius est susianorum persarum in euleum flumen decurrens.
- E** gos fluuius est propontidi uicinus: cuius in ripis tensusa apposita est.
- E** ladus arcadiæ fluuius est seruans hanelitum.
- E** lauer fluuius est apud aruenos gorgoniā oppidū præterfluēs.
- E** leorus siciliæ fluuius est: pachino promontorio uicinus.
- E** leuterus fluuius in cāpis syriæ nascitur: et phoeniceo finitur mari: i quo  
maximē testudines capiuntur: ultro statuto anni tempore effusa mul-  
titudine uenientes in flumen.
- E** lisius fluuius est siciliæ.
- E** lissos fluuius est atticæ regionis sic a flexibus nominatus. Aiunt quippe  
hunc a cocyto fluuio inferorum augmenta suscipere: & ob hoc furias  
infernales festos siti serpentes a quis huius recreare solitos dicunt.
- E** lles fluuius est minoris asiæ cigēs smyrnā ciuitatē suis ūdis.
- E** lorus siciliæ fluuius est: qui more nili suprafūdīt: hūc supra eleoy dixi.
- E** lsa fluuius est tusciæ in agro Florentino paulo supra oppidum: qd̄ collis  
dicitur ad orientem ex loco cui unci incolę tanta aquarum abundantia  
effunditur: ut mirabile uideatur: & circa eius initium quicquid eius in  
aquis proieceris: infra breue diey spatiū lapideo cortice circūdatū cō-  
peries: quod postmodum in processu sui cursus non facile facit. Hic  
suis tantum undis perpetuo cursu in exitum usq; clarissimus effluit.  
Imbribus tamen ut ceteri turbatur & augetur: & quom oppida plura  
hinc inde labens uideat: a dextro modico elatum tumulo Certaldū ue-  
tus castellum linat: cuius ego libens memoriam celebro: sedes quippe  
& natale solum maiorum meorū fuit: ante q̄ illos susciperet Florentia  
ciues. Multas præterea & diuersarum spetierum: maritimarum tamē  
omniū radens cursu solum detegit conchas uacuas: & uetustate candi-  
das: atq; ut plurimum aut fractas aut semefas. Quas ego arbitror dilu-

## Fluminibus.

- vium illud ingens: quo genus humanum fere deletum ē: dum 'agitatu  
 aquarum maximo terras circūuolueret fundo: illis reliquit in partib⁹.  
 Hic demum sub insigni castro miniatis in arnum funditur flumen.
- E**nipheus thessali⁹ fluius est: ex otri monte prorumpēs: & celeri se cur-  
 su uebens in epidaurum ruit.
- E**nifes Sicili⁹ fluius est baud longe a tauromeno colonia.
- E**nticinus galli⁹ cisalpin⁹ ex apoenino decurrit in Padum.
- E**orcus fluius est hyberni⁹: qui in radicibus blagm⁹ montis exortus p  
 Osiriam effluit regionem.
- E**onus fluius est indi⁹ nauigabilis in gangem fluens.
- E**pidanus fluius est thessali⁹: satis leni defluens cursu ante q̄ sibi misce  
 atur enipheus: qui quū rapidissimus sit epidanum uelocissimum facit.
- E**pilas fluius est macedoni⁹ in heraclea ora.
- E**racleus fluius colchorum est: promontorio eiusdem nominis proxi-  
 mus: & oppido mantio.
- E**randatus fluius ante lycus noīatus: asiā Bithyniāq; disternans: oriē  
 quidem in stagno aritinia penes miletopoli megeston aliosq; recipiēs.
- E**rasinus fluius est Neme⁹ adeo superbus cursu: ut ripis cōtineri neque  
 at: præterfluit autem driopas. Alii autem Liti⁹ fluuium dicunt.
- E**ricinnume boeti⁹ fluius est ad trophonium deum: quem penes duo  
 sūt fontes: quoz alter potus memoriā affert: alter uero obliuiosū facit.
- E**ridanus fluius est Itali⁹ celeberrim⁹ apud gr̄cos aliasq; nationes: oēs  
 cisalpinam irrigat galliam: & quoniā hic idem & padus est: nihil de eo  
 præter ea quę ad gr̄cos spectant nunc dicemus. Reliqua ubi de pado.  
 Fingūt gr̄ci hūc apud inferos natum: & in terras ac superos euasisse:  
 nihil aliud sentientes: q̄ q̄ ex uegeso monte: qui propinqu⁹ est infero. s.  
 tyrrheno profusus tendit in adriaticum: quod gr̄ci superum uocant.  
 Eridanus autem nuncupatur ab euentu. Nam fingunt poetę Eridanū  
 solis fuisse filium: cui quū falsum esse ei obiiceret ab Epapho egyptio  
 iuuenē: ad obtinendam filiationis fidem currus lucis ducere temerarie  
 impetrauit a sole patre. Qui quū equos nequiret regere: exeuntibus  
 ipsis orbitā: in parte celū exustū: & i terris multa exhausta fluia. Quā-  
 obrē ab irato Ioue fulminat⁹ est: & in padū cadēs suū illi tribuit nom̄.  
 Alii sunt qui dicāt Eridanū egyptiū iuuenē: cum mutatis sedibus ue-  
 nisset in ligures: eisq; imperasset: casu in padū cecidisse: & in eo necatū  
 Quāobré i solatiū sui flumini regis mortui nomē posuere: & hinc eri-  
 dan⁹ dictus. Quem & ueteres egyptii in honorem sui iuuenis bicornē  
 inter alias celi imagines posuere: & plurib⁹ decorauere siderib⁹. Reliq̄  
 ad hunc spectantia ubi de pado uide.
- E**rigon⁹ flui⁹ est prope dorchiopū: qui ex illyrico per pniam fluēs maxi-  
 mum flumen efficit.

- E**rmandus fluuius est indig: currens apud parabesten racosiorum.  
**E**rimantus fluuius est Arcadię: ex monte panete fluens in alpeum.  
**E**ritrafalcos fluuius in corporibus gignens pillos.  
**E**rginus propontidis fluuius: haud longe a Lyfimachia Cherfonensi.  
**E**rinus secundum quosdam fluuius est lydię. Alii dicunt ex doricilio phrygię natum: eumq; illam a Caria diuidere. Demum campos smyrnę aureas trahentem harenas foecundare.  
**E**sia gallię fluuius in secanam cadit.  
**E**seris fluuius est Calabrię crotonensi ciuitati propinquus.  
**E**sipius fluuius est litię.  
**E**sicius fluuius est Hispanię: qui ante haustu dulcis fuit: postea amarus factus est.  
**E**sper fluuius: apud quem secundum quosdam nessus centaurus deianiram transuadans rapinam fugamq; meditatus ab Hercule sagittis occisus est: quod supra in ebano flumine contigisse diximus.  
**E**ternus fluuius apud Daunos: quos nos apulos uocamus: est. Alibi uero comperio eum apud aprutinos inter salinas & theanum maruncinũ.  
**E**thilia septentrionalis fluuius est permaximus: ut quidam ferunt: maior euphrate: estate crescens ut nilus: a maiori burgaria descendens in Caspium mare.  
**E**thimantus fluuius est Indię uariis flexibus incuruatus: qui quũ ab icolis irrigationis causa distrabatur: tenuis & iam sine nomine in mare recipit.  
**E**udon fluuius est: anthiochiam alluit a thebaida ueniens: ubi pygmeos fuisse tradunt.  
**E**uenos fluuius est: qui & licorum.  
**E**uphrates inter ceteros fluuios memoratu plurimo celebris est tam ueterum litteris: quã exundationibus suis. Huic quidam uolunt ex paradisi fonte mortalibus quidẽ incognito deriuari: quod ego credo. Alii tamẽ dicunt in armenia maiori in monte: cui paracoatra nomen: haud longe a fonte tygris oriri. Nonnulli asserunt eũ ex radicibus montis armenię: cui catopen dicunt incolę supra zizimam seu zimaram erumpere. Nec desunt qui dicant ex aga eiusdem armenię monte effundi. Et post hos affirmant aliqui: quod in uallibus montis capontis appareat primo: haud longe a zimara de qua supra. Pręterea aiunt: & si uastis e montibus exundet: undis non euestigio sese in fluuium effundere: quinimo factis ex se duobus lacubus: segnis sedet & iners. Ex his tandem margine facto erumpens ripis assumptis uere flumen apparet: & maximo strepitu: atq; celeri cursu armenios cappadocasq; determinans nuncupatur ab initio pixurates: deizena & anetica regionibus relictis excurrit: & iam aliquibus susceptis fluminibus ualidior factus in taurum montem uires experitur suas: ubi elegeã uocant: cui quũ non resistat taurus: progreditur uictor: sed saxosus atq; uiolentus ad dexteram Comagenam: ad leuam

autem relinquit Arabiam. Verum sunt qui uelint eum in alueos duos diuidi: quorum alium in tygrum effundi dicunt: reliquum uero permeatis moedorum gordianoꝝq; terris in Mesopotamiam ferri: & babylo-niam quondam Caldorū reginā in partes duas cursu medio separare. Inde hic idem postq̄ aliq̄ diu effluxit: qui nauigabilis & igens ante fuerat in paludibus dispersus amplissimis tenuis efficitur riuus: & incongnitus (ut aiunt) nusq̄ aperto exitu effluit: esto sint qui dicant eum in mare rubrum fundi. Sunt tamen qui putent: hunc illi ruborem iniectū a Cyro Persarum rege ob susceptam iniuriā: seu ob glorię alicuius magni facinoris cupiditatem: ut in riuulos deductus plurimos alueus cum nomine deperiret. Volunt insuper hunc nili more & fere eodem tēpo-re Mesopotamiam irrigare: atq; foecundam facere: & sese in alueū sta-tuto tempore reuocare. Quāobrem eum nomen euphratis sortitū uo-lunt: quū hebraice euphratas fertilitas appelletur. Dicunt & alii aquas eius esse uitales: & ob id a priscis auxeneum fuisse uocatum.

**E**uleus fluuius est: & in moedis oritur: & haud longe ab ortu sorbetur: & demum in terras exiēs per mesopotamiam funditur: arcem Susaz circuiens: & Dianę templū gentibus illis uenerabile plurimum: postq̄ susianem ab elmaide disternauit. Habetur hic a persis adeo sacer: ut non ex alio reges bibant: secūq; ex eius aquis deferant: si forsan peregre profecturi sint. Facit tandem una cum tygri lacum iuxta Cariacem: ex quo quorsum exeat non habetur.

**E**uenenius fluuius est Hispanię propinquus tradulis ueteribus: & Calab-rici oppido.

**E**urimedon pamphylię fluuius est a sade oppido missus iuxta arpendon montem fluit: insignis Cimonis atheniensium ducis nauali uictoria: & phoenicum atq; persarum clade.

**E**urotas fluuius? Laconū sub ipsis lacedęmoniae muris currens: huius ripę lauris abundant: & ideo Apollini sacrum dicunt.

**E**uxinus fluuius propontidis: quem ab euxino mari: in quod effluit de-nominatum quidam uolunt.

**E**xasmis fluuius est Argiuorum: quem aiunt terris imergi: & iterū post exactum aliqualem cursum in publicum reuerti.

**E**xemontus Mesię fluuius est.

**E**xrhodus eque est Mesię fluuius.

**F**Abaris hic & farfarus dicitur: fluuius sabinorum est: & corrupte faber nuncupatur a pluribus.

**F**aecelinus sicilię fluuius est pelloꝝ iunctus: & Dianę tēplo cōterminus.

**F**anes Samnitum est fluuius: qui & syris dicitur: Beneuento uicinus.

**F**arfarus syrię fluuius in radicibus lybani montis emittitur: & per anthi-ochiam fluens in syriaco miscetur mari apud symeonis portum.

- F**arnicas fluuius est haud longe a iulionopolitis.
- F**asis Colchorum fluuius est ingens: maxima deferens diu nauigia: quē in monofchis ortum aliqui dicunt. Alii in morcorū montibus: & quidam a garamāte monte effusum: cuius in marginib⁹ oppida fuere plura & celeberrima. Sed inter alia Tindariceum & phasim ea in parte apud ipsos & Ciaos permaximi fluuii miscentur eidem. Post habuit surium: apud quod & surius fluuius influit. Recipit præterea Glaucū & abfarcum & cobum e caucaso descendente. Tandem post lōgissimū cursum ultra hostia tanais in pontum effluit clarus quidē: & aliis præter iam dicta insignibus fluuiis est. Penes eum Phrixi templum fuit: & lucus ob aureum uelus ueteri fabula celebratus. Medeam fugientem cum Iasone tulit: & exilio sulmonensis Ouidii memorandus est. Aiunt insuper in eo uirgam oriri: quam leucosiphilon uocant: tantae uirtutis: ut asserunt: q̄ si thalamis hominum apponatur: matrimonia habet pudica atq; inuiolata seruare.
- F**atissus olim dacorum fluuius.
- F**oenix thessalię fluuius est.
- F**erior fluuius Ienuę oppido propinquus.
- F**irrites fluuius propinquus caistro flumini pegaseū impellit stagnū.
- F**esterus mysię fluuius est.
- F**esus fluuius est bosphori: quem alio nomine rebas uocant.
- F**innus hybernig fluuius est: per cheneleoniam effluens regionem.
- F**ison fluuius qui & ganges in paradiso deliciarum oriri quidam uiri celebres asserunt: & exinde irrumpere eo: ubi aiunt oriri gangem: qui talia perscrutati sunt: de quo (ubi de gange) plenius disseretur. Dicunt autem phison dici: q̄ inundationem significet: excipitur autem ab oceano orientali.
- F**itaras fluuius est apud seres: de quibus iam supra dictum est: ubi de cābri flumine.
- F**lautasis fluuius in finibus dacorum est.
- F**legeton inferorum fluuius poetis familiarissimus est: ignem quidem significat seu ardorem.
- F**loxius fluuius est Hispanię promontorio celtico uicinus.
- F**ocias fluuius est thessalię: & in epidaurum effluit.
- F**orion Armenię maioris fluuius in tygrum mergitur.
- F**orinus fluuius Aquilegię propinquus est.
- F**ricinius nauigabilis fluuius apud persas.
- F**rygius fluuius est minoris Asię: qui & pbrygię prouincię nomē dedit: & eam a Caria diuidit: est quidem magnesię: quę ad sypilum est iūct⁹ insignis. L. Scipionis asiatici Romanorum Consulis uictoria: & clade Anthiochi Asię & Syriæ regis penes eum susceptę.

**F**uth fluius est Mauritanie: & a quo adiacēs regio futhēsis appellata ē.

**G**Abellus cisalpinę gallię fluius in padum cadit.

**G**adus fluius ex mōte tauro effluēs in mare suscipitur cycladū.

**G**aesus Ionię fluius est: prieni ciuitati propinquus.

**G**agatis fluius est litię: a quo & loc⁹: cui proximus fuit denominatus ē.

**G**alesus Calabrię fluius non amplius. v. m. passuum a tarento semotus.

**G**albiā fluius est Carię: haud longe ab allicarnaso: infamis ob malam habitantium ualitudinem.

**G**allus lycaonię fluius: a quo denominati sūt sacerdotes Cybelles. Hic quidem in sangarum terminatur. Potantes in furorem conuertit.

**G**anges fluius est Indię pręgrandis atq; famosus. De eius uero origine ambigitur apud priscos. Nam alii ex incertis fontibus: uti nilum eum nasci uolunt. Alii ex scythicis montibus uasto cum fragore loci erūpere atq; sese per scopulos & aspreta locorum pręcipitē dare: donec ī planū deuenerit: & ibi quasi susceptum ab hospite in lacu quodam conquire: & ex eo tandem lenem mansuetumq; procedere: qui in orientem tendēs a. xviii. maximis atq; nauigabilibus fluminibus augetur: & ultio secundum quosdam ut nilus. vii. hostiis oceanum ingreditur. Alii dixere nouem: & tria quidam tantum esse uoluerunt. Dicitur autem ganges a Gangaro uetustissimo indię rege: ut placet aliquibus. Aliis uero placet hunc illum esse fluium: quē uocant sacrę litterę phison: de quo paulo ante pauca dicta sunt. Qui quocunq; uocetur nomine: aut quocunq; exundet alueis in mare: adeo grādis est: ut ubi minus occupet latitudinis. viii. m. passuum pateat: ubi plurimū centū: altitudinis nusq; minus. xx. passibus reperitur: aduersus quem Cyrus persarum rex quasi coepti oblitus bellum inauditum sumpsisse fertur. Nam quom unum ex regiis equis candore atq; forma pręcipuum: quē fiducia tractus trās uadare persuaserat: a uortiginibus undarum circūagi atq; absorbi una cum insidente cerneret: aiunt iratum iurasse se illum adeo extenuatur: ut qui equum atq; equitem optimum absorbisset: mulierib⁹ uix genua tingentibus uadosum faceret. Nec uerbis opus defuit. Nam totis in hoc expositis copiis in. cccclx. alueos flumen detraxit āno integro operi dato: non obsistente q; nili more augeri dicatur certo anni tempore: & adiacentes foecundare agros.

**G**ardo fluius est in prouincia narbonensi: neumaso ciuitati propinquus. Hunc aiunt sepissime estiuo tempore absorberi apud eum locum: quē campianacum uocant: & sub castello prinati ampliorem renasci.

**G**argarus fluius est in insula: quam hydrophagi habitant: barbam usq; ad genua nutrientes: & pisces crudos etiam comedētes: ultra quē dicūt formicas esse catulorum magnitudinem excedentes.

**G**arunna fluius est ex pyreneis delapsus montibus: gallos ab aquitanis

- differminans: uadofus quidem in imbribus: aut solutis niuibus intumescat: & in eo insula est aneros nomine: quam quidam pendere: & extolli aquis crescentibus: deprimiq; eis deficientibus credunt: & quū oceano occidentali misceatur: in exitu sui amplior & turgidior factus more estuātis maris huc illuc nauigantes impellit.
- G**ela sicilię fluuius est: a quo & oppidum illi appositum denominatum est inter Camerinum & Agrigentum.
- G**enusus epyrri fluuius est: quē a dyrrachio thessaliā euntes inueniūt.
- G**enusus palestine prouincię fluuius est.
- G**eon fluuius est meridionalis: quem aiunt in paradiso deliciarum oriri: & uniuersam ęthyopiam irrigare. Hic idem cum nilo est: & ideo quae multa de eo dicenda ueniunt: ubi de nilo scribitur: apponentur.
- G**ercus Scytharum fluuius in lacu busesagorae suscipitur: qui a meotidis palude saxoso tantū discluditur dorso.
- G**erros fluuius est bassitidarum & nomadum: & iūctus hyppacari fluuiio Carcinem urbem præterfluit.
- G**essus fluuius est apud Iones ea in regione: quę troglea appellat̃: ionis omnibus sacra.
- G**etilos fluuius est Mauritanie portui tisadro propinquus. Hunc Oetebes quidam uocant.
- G**is uel ger fluuius est ęthyopie garamātū inter deserta & arenosa effluens loca.
- G**lanes fluuius est tardus atq; piger adeo: ut potius palus uideatur: q̃ flumen: infamis plurimum aduersa ualitudine incolarum. Fertur autem tardus: ut dictum: sub Clusio uetustissima tuscię ciuitate: et amplo occupato spatio scenę iulię campos a perusinis diuidit.
- G**lanicus fluuius est apud minturnas liris nōminatus: illas cursu diuidēs puto hodie uocari uulgo garigliano.
- G**laucus fluuius est ionie: pedalio promontorio propinquus.
- G**lauais Colchorum fluuius est: & in phasim mergitur: habens eius ī exitu in phasim insulam absq; nomine.
- G**lospes fluuius est haud longe ab Olga oppido: & Bithynie propinquus.
- G**na Mauritanie fluuius est: Ampelusię promontorio uicinus.
- G**ozā fluuius est Moedorum: quem penes Salmanasar Babylonie rex Israelitas captiuos habitare iussit.
- G**rateis fluuius in extremo Italiae: sicilię propinquus: & scilleo oppido: quem fabulae scillae immanis monstri finxere matrem.
- G**ranus perfarum est fluuius per suasianum fluens: & paruas deferens naues: cuius dextrū latus incolunt Dixi montani bitumen perficiētes.
- G**riliosolus fluuius est in affrodisia regione: coriphę oppido propinquus.
- G**ranicus phrygie fluuius est in propontidem cadens: cui zizicon ciuitas



proxima:clarus quidē prima Alexātri Macedonis uictoria ī persas.

**G**uatra Britānię fluuius ē ī cābria regiōe:quā uulgus ab eo denoīat gualliā.

**G**uandalus guandalorum est fluuius.

**G**uatalus fluuius Penthimbastriņ:quę dacis est contermina:qui in oceanum mergitur.

**I** Aboot fluuius est:penes quem Iacob noctu cum angelo luctatus est:fluens inter philadelphiam:& Garasan:procedensq; suscipit a iordane.

**I**acrus fluuius est indię propinquus:in meuum fluuium effluens.Nam Pompeii magni edicto exploratū est mēbratos septem diebus ex india perueniri ad iacrum flumen.

**I**ader fluuius est apud Salonas:qui in adriaticum se miscens forte iadre oppido nomen dedit.

**I**anaus fluuius est in armixia regione.

**I**ardanus fluuius est Crete insulę:ciuitatem pbias circundans: cuius & i ripis Cidones habitant.

**I**arothus fluuius est indię inter opaca nemorum ex arborib; inusitatis effluens:& syluestrium pauonum abundans.

**I**berus famosissimus Hispanię fluuius est:& a quo ipsa Hispania iberia appellata est.Hic secundum quosdam apud uacanos oritur:secūdū alios apud Cantabros:& quom nauium ferax sit:Tulam opulētissimā eius regionis ciuitatem ex inferiori parte radit:demum sub tortosa ciuitate balearicum ingreditur mare.

**I**berus fluuius est & per moscorum tractus in cyz flumen effluit apud Scythas seu hircanos.

**I**daspes insignis fluuius magnitudine:& q; harenas habeat:atq; gēmas ferat:per parthiam sese ferens euadit in indiam:& amplo atq; profundo gurgite means crebras facit insulas:& ingentia trahit saxa sub undis.Postremo quattuor susceptis fluminibus miscetur indo in regione inio:apud arcem soborum:qui ex exercitu olim Herculis fuisse testantur pelles uestimentorum loco:& clauas pro armis gestantes.Ab Idaspe uero antiquissimo Moedorum rege(ut placet aliquibus) nominat.

**I**dros fluuius est Cilicię Tarso ciuitati propinquus:ideo hydros dictus:quia in forma hydri tortuosus sit.

**I**ectuus fluuius est in quo optimi capiuntur pisces:& inter alios unus qui lupus uocatur:qui gustui carniū saporem prębet.

**I**era fluuius est Asię:disterminans Gallaciam atque Bithyniam.

**I**eros fluuius est Colchorum.

**I**ene fluuius est(ut arbitror)Hispanię:oceanosq; se mergens cantabrico ubi uelabri habitant:& luceni in oppositum hibernię insulę.

**I**etris fluuius est Mesię:quem ietrum quidam uocant.

- I** gnaboo Britannię fluius est: & mergitur oceano.
- I** las fluius est Bitynię præterfluēs urbem trusiadē: quam & lacus ilas alluit: apud quem ilas Hercules puer a nymphis dicitur raptus.
- I** lerda Hispanię fluius: a quo iler dum oppidum dictum.
- I** liffon fluius est: cui oliua propinqua. lx. stadiis est: quam si quis tetigerit: damnum maximum consequetur.
- I** llisus fluius est in insula ilubro: quam arbitror egri maris.
- I** mala Sabinorum est fluius prope Casperiē ciuitatē: q & imelle dicit̃.
- I** maridis fluius est indię: penes quē aiunt homines ingentis stature habitare: & quia uiuis utuntur piscibus: iecyphani uocantur ab indis.
- I** mera memorabilis Sicilię fluius. Hic fere circa medium insule fufus in duos diuiditur alueos: quorum alter in tyrrhenum mare decurrit: & dulces atq; optimi saporis aquas trahit: alter in libycū tendit: sed amarus plurimū. Alii contrarium dicunt: q̃ qui in meridiem pergat dulcis sit: & amarus uergēs aquilonē. Ab hoc imera oppidū sicilię denotatū ē.
- I** minus sicilię fluius est: oppido Camerinę propinquus.
- I** nachus argiuorum fluius est: ab inacho rege denominatus.
- I** ndus fluius est indię permaximus in Cybatharum iugis ad septētrionem. Alii eum ex caroparnaso dicunt effluere: & quantum magnitudine gangem. Hic pluribus ac maximis susceptis fluminibus quosdam facit insulas: inter quas est amplissima præcianas: & alia minor tātū: quę pacale nominatur: demum in duobus diuisus alueis inter se longe distantibus ab oceano recipitur ab eo indico una cum prouincia nuncupato.
- I** nor mauritanię fluius est per deserta effluens: esto uestigia uinearum atq; palmarum reliquias aliquando circa eum inuenta sunt.
- I** nsligia Sarmatarum est fluius.
- I** nsurgis germanię fluius est apud bastrinas dacis conterminos.
- I** nuacius fluius apud aprutinos haud longe a truēto flumine.
- I** omanes meridianus est fluius per balibotros decurrens inter oppida mecora atq; catifobora: malleę monti propinquus.
- I** ordanus fluius est diuidens Indęam & arabiam. Vex̃ de origine eius ambigitur apud ueteres. Nam sunt qui dicant ex libano monte duos exoriri fontes inter se distantes: quorum alter dicitur ior: & alter dan. Qui dan fere ab ortu suo subterraneum agens gurgitem usq; ad planiciem meldā absconfus incedit: ibi erumpens: obliquansq; se in galilaeā gentium ab urbe cedar iuxta spineti balnea sub montibus gelboe riuo ac ior fonti altero excurrenti iungitur: & fluium faciunt: hīq; ex se nomen componunt iordanis. Alii uero dicunt ex ior iordanem fieri: sed eo q̃ transeat secus dan olim ciuitatem: in qua rex ieroboā uitulum erexit aureum: quę latine riuus sonat: seu fluius: dictus est iordan: quasi fluius ior. Quidam uero dicunt apud paneadā templū Cæsari dicauit

Herodes: speluncam in mōtem esse aquis īmobilibus plenam: & ex ea iordanem effluere. Nōnulli asserunt hoc iordanis non esse principiū: quinīmo fontem esse. c. xx. stadiis ultra Cēsaream: cui a rotunditate phi ala nomen est: & ex eo aquas sub spelunca peneadis accedere. Quod q̄ dē a Philippo tetrarcha compertum dicūt proiectis ī phiala paleis: & per subterraneos meatus apud paneadem redditis. Sed undecūq; oriatur effluens aquarum primo facit congeriem: quas aquas uocitant maron insignes uictoria Iosue: & Iabis regis Asor clade. Ab his profiliēs lacum facit ingentem: quem alii mare galilęę: alii tyberiadis lacū uocāt. Inde autem auctior factus pluribus susceptis fluminibus euadens iter sochoth & salin sub hermō & Cale oppida atq; Bethelinuth accedit in confinia Ierico: ubi suis aquis a Ioanne Baptista lauari dignat⁹ ē Christus: homo deus & que mundi creator atq; redemptor: ut ex hoc intelligeremus regenerationis lauacrum: & eius imitantes uestigia ab originali crimine lauaremur: nec multum & in lacum asphaltidis: seu mortuum mare colligitur.

- I** pachares fluuius est uno hostio: quāq; ex diuersis fontibus cum gero in Carcing sinu in scythia mari se miscens.
- I** ppanis scythię fluuius est ex ganoi palude inter auenbetas procedens: quam incolę eius uocitāt matrem scytharum: fluuiorum princeps: qui diu qualis nascitur effluit. tandem apud calipidas: quos circuit: miscet illi fons modicus: qui exampheus dicitur: qui eum adeo reddit amarū: ut mirabile uideatur: quū eo usq; fuerit dulcissimus. Et sic amarus secundum quosdam fertur in pontum: secundū alios ab sesagore lacu haud longe a Meotide suscipitur. Is quidē insignis est Alexandri Macedōis termino. Moratus est enim iter eius: ut argē ab eodem Alexandro eius in ripis positę testantur. Pręterea nascuntur ab eodem animalia quedā paulo muscis maiora quattuor pedes & pennas habentia: ut satis quadrupedes uideantur: & aues: quorum uita die una tantum terminatur: in mane infantes: meridie iuuenes: sero autem senes sint: & ob senium satis expertū dicūt deficiunt: quę incolę himeridiones uocant.
- I** paris fluuius est: quem & iectarim uocant: ex quo camerinis aqua inducta est.
- I** patos syrię fluuius est: cui & ipatos oppidum & seleutia atque Beritbos ciuitates propinquę.
- I** peris fluuius est persarum nauigabilis: & medio in sinu psico fūditur.
- I** psia Hispanię fluuius apud urbem uecon currit: quem Herculi fuisse gratum ferunt.
- I** plos fluuius est Colchorum grandis: & in phasim fluuium se condens.
- I** ris fluuius est minoris armenię lycum suscipiens.
- I** sanus Dyrrhachii fluuius est.

- I** fara galilaeæ fluuius est in rhodanū fluēs apud quintianum
- I** saurus fluuius est galliæ cisalpinæ haud longe a Cesena in adriaticum mare prorumpens.
- I** sepius indiæ fluuius nauigabilis est in indum cadens.
- I** smeneus boetiæ fluuius est:propinquus olim Thebis.
- I** spafus fluuius est indiæ adeo sub solstitio positus æstiuale: ut exeūte sole in fine geminorum & principio cancri:perpendiculares in se solis radi os recipiat:ultra hunc amplissimæ sunt solitudines.
- I** ster fluuius est:qui & Danubius dictus:qui hoc nomine a fontibus ueniens:quæcito tangit illyricum:ister relicto danubii nomine appellatur: de cuius ortu progressu & exitu in pontum supra satis dictum ē ubi de danubio.Hic replicandum non censeo.Sunt tamen qui credant ex danubio ramum progredi:qui uocatur ister:& ab eo Istria denoietur:& p eū Iasonē i adriaticum penetrasse nauigio a Colchis uenientem: quod ego ridiculum puto.
- I** unculus apud basternas est fluuius haud longe a dacis.
- I** ustula fluuius in confinio est farmatarum in oceano effluens.
- L** Adon fluuius est Arcadiæ:non quidem ab initio terris datus:sed terræmotu quodam e paludibus panetæ emissus.Hunc aliqui fingunt patrem fuisse Daphnis:quam reliqui dicunt penei: forsan & hic lauris abundat in ripis.
- L** aeros Hispaniæ fluuius est lambracæ ciuitati propinquus.
- L** aphias fluuius est in minori asia:haud longe a iulio politis.
- L** amber fluuius est cisalpinæ galliæ:ex upili lacu in padum fluens.
- L** amissus thessaliæ fluuius.
- L** angueus fluuius est scytharum apud Carastafios & anthiadas:ex montibus catheis cadens:opharumque suscipiens flumen apud catadas & opharitas.
- L** ar fluuius est galliæ.
- L** anos fluuius est apud feres.
- L** anus fluuius est ultra danubium:a quo Iani populi dicti sunt.
- L** arissus fluuius est græciæ:elium agrum dirimens a dymeo.
- L** auelina Mauritanæ fluuius est.
- L** aut fluuius est Mauritanæ ultra abilam montem nauigabilis: & tumidæ oppido propinquus.
- L** axatus.laxares.laxartes credo idem sit fluuius apud scythas:quem (si sic est)scythæ scythim uocāt.Is quidem semiramidi Cyro & Alexādro terminus fuit:finemq; dedit impetuoso itineri:& per deserta scythiæ & surdianorum regionibus uast⁹ fonte suo sese penes Dacos flectens in septentrionē uersus inter Mardos & pessicados penetrans in scythicū ad extremum effluit oceanum.

- L** edus fluuius est galliæ haud longe a stagnis uolcarum: & castello letara & rhodano fluuio.
- L** entulus sub arctoo fluuius est in superiori capite rhiphæorum montiū: & medius inter alanum fluuium atq; tanaim in meotidē funditur.
- L** eta fluuius circa augustam ciuitatem effluens.
- L** ethes fluuius est figmento poetarum apud inferos fluens: & animabꝝ defunctorum potus præteritarum habet obliuionem iducere. Sane (ut aliquibus placet) omiffis figmentis hic fluuius in africa est apud extremum syrtium cornu non longe ab cronice ciuitate. Verum incolæ priſci fictione ducti prædicta arbitrantur eum ab inferis i terras erūpere.
- L** ethecꝝ fluuius est inſulæ Crete: ſic dictꝝ (ut placet aliquibus) eo qꝫ penes eum dicatur hermionā Martis & ueneris filiā cadmi uiri oblitā.
- L** iber fluuius est ſyriæ inferioris haud longe a ciuitate Iopen.
- L** ibeus fluuius minoris aſiæ est: inter galatiā & Bithyniam fluens.
- L** ibius fluuius est mauritaniæ: cui quondam fotos uel futh nomen erat ab adiacente prouincia. Verum ab uno filiorum Merſan: qui Libius uocatus est poſtea ſic dictus.
- L** icaſtris Coꝝ fluuius est: a quo & lica ciuitas nominata.
- L** iceos fluuius est in ora ſubiecta libano apud phoenices haud longe ab oppido cui leonthos nomen est.
- L** icelius thraciæ fluuius est: cuius aquas (ut ferunt) ſi quis potauerit: ebrius efficitur.
- L** ycus aſiæ fluuius est: qui quidem ab origine ſua lycus non dicitur: quin imo marſus fabuloſis græcorꝝ carmibus inclytus. Hic autē e ſūmo uertice mōtis Cilenꝝ urbis funditur: & in ſubiectā decidēs petrā uasto cū ſtrepitu undaz decidit: & ſuas tantum undas euoluens cāpos liquidus rigat appoſitos: & quia eius placidus eſt color: mariq; perſimilis: fictioni poeticæ locus adinuētus eſt. Ibidem. ſ. amore eius tractas conſediſſe nymphas: qui qꝫ diu itra moenia ciuitatis labit: marſus eſt: exiēs uero & maior factꝝ lycus denoīatꝝ ab incolis: cui laodocia celeberrima ciuitas appoſita eſt: & i heraclea & neopharia cęſarea: tādē ſecundū quosdā in euphratē decurrit: ſecundū uero alios diſterminata armenia minori ru it i irim. Poſſibile tamē ut duo ſint. Si unꝝ eſt: ſeu unus e duobꝝ: memorabilis ē uictoria Antiochi regis: & Itacis parthorꝝ ducis clade: nec minus ſecunda Alexandri macedonis i perſas gloria: & Darii regis ignominioſa fuga: quū apud uicū iter macedonas perſasq; pugnatum eſt.
- L** ycus fluuius eſt Cypri inſulæ ſe fundens in mare ſyriacum.
- L** iger fluuius eſt æquitanos a celtis diuidens: ſeu Bithuriges ab eduis: a quo æquitana denominata eſt: eo qꝫ ſuis obliquis aquis fere omnem in circuitu cingat: & poſtremo in oceanum britannicum euoluatur.
- L** imira fluuius eſt poſt tauri promontorium: noſtra contingens maria:

- apud limiram defluens oppidum.
- L**imoteus sicilię fluuius est.
- L**ynceus seu linchestius fluuius mira insignitus uirtute. Nam si quis minus moderate ex eius undis potauerit: non aliter titubabit: q̄ si uinum immoderate potasset.
- L**ineus fluuius est in Creta insula præter cortinam urbem effluens: per quem ajunt europam a tauro Ioue fuisse portatam.
- L**iparis Cilicię fluuius mirabili proprietate nominatus. Aserunt enim natantes in eo: aut se lauantes non aliter ungi ab ipsa aqua: q̄ si oleo lauantur uel adipe.
- L**iquentia fluuius est gallię cisalpinę: seu Venetiarum: in padum seu in adriaticum mare cadens.
- L**irceus fluuius est oetholię.
- L**iris fluuius est minturnam coloniam cursu diuidens: qui & glanicus appellatus ē: cuius in ripa fuisse dicitur tēplū nymphę maricę mīturnēsis.
- L**isis fluuius est asię mandropo ciuitati propinquus.
- L**internus campaniæ fluuius est: haud lōge a uulturno fluuio & oppido.
- L**ithis fluuius est asię: qui terras subit: & demum redditur terris.
- L**ithos fluuius est phoenicum haud longe a seleutia hipatho & beritho ciuitatibus.
- L**itra fluuius est mauritanię atri coloris ex intimis exutisq; solitudinibus torrente sole propinquo & plus q̄ ignito effluens.
- L**ixus mauritanię fluuius: a quo lixa ciuitas denominata ē eiusdē regiōis.
- L**ucta fluuius est ruxultanorum apud oceanum de gentium.
- L**unia fluuius Hispanię haud longe a gallicia & durio flumine.
- L**urda fluuius est ex tauro monte cadens.
- L**uno fluuius est mauritanię: propinquus gnacolonię atq; promontorio apelusię.
- L**upia fluuius est cadens in rhenum.
- L**usius arcadię fluuius: quem penes diu ostensum est sepulchrum Aesculapii assipi & Arsiōis filii: qui primus alui purgationem: atque dentis euulsionem adinuenisse dicitur.
- M**Acra fluuius est in initio Apoenini fluens inter ligurum montes & demum penes lunam ciuitatem defluit in tyrrhenum.
- M**ageston fluuius est Asiae merrando seu lyco flumine susceptus iuxta melicopolim.
- M**agrada Cantabrorum fluuius est una cum suesa Trinobellontem cingens & decium.
- M**alua fluuius est afrię diuidens mauritaniam scythicēsem a tingitana.
- M**adrageus scytharum fluuius apud sagos populos.
- M**andrus fluuius est indię inter aremandros atq; laneos.

**Maran** fluius est penculis & liphorte oppidis propinquus.

**Margus** fluius est per seleuciam currens: quæ prius Alexandria dicebat: ab Alexandro contra Parthiam condita: sed a Barbaris dirupta: & ab Antiocho Seleuci filio restaurata. Huc alii apud dalmatas esse dicunt.

**Marsia** fluius est. Hic oritur haud longe a fontibus menandri: & currēs Apamiam diuidit: & inde tiborō in radice montis signiæ sitam circuit. Deinde menandro mixtus icareum mare petit: in quo una funduntur ambo & littore micaleo: & hoc secundum quosdam: qui uolunt hunc illum esse marsiam: de quo fabula uetus extat: qui cum Apolline tibiis certauit: superatusq; atq; pelle nudatus in fluium sui nominis conuersus est. Alii uero dicunt marsiam fluium in uertice montis supra Celenem ciuitatem irrigare: & eam exiens lycum uocari: eumq; lycum in irim mergi: seu binomius sit menander: seu hic marsias: seu marsus alius sit a marsia: quod non credo: diuersitatis causam nec intelligo nec aduerto.

**Matbis** Dyrrhachii fluius non longe a lyfso.

**Matrona** fluius est gallos a belgis diuidens.

**Mazithis** fluius est ex caucaso monte cadens citra flumen syderi: propinquus hircano mari.

**Meander** fluius in monte alotrine lacu oritur: & adeo descendens sinuosis circūagitur flexibus: ut nonnunq̄ in fontem uideatur uelle reuerti & Apameam primo irrigat regionem: inde moxeum regis olim midię: post hæc byrgaleticos cāpos: & ultimo Cariam: omnes fertilissimo limo foecundans. Postremo apud urbem hippum haud longe a miloto ciuitate in icareum effluit mare. Alii sibi attribuunt eam originem quam supra marsię descripsimus. Is quidē multos suscipit fluios: eiq; sunt margines conspicui plurimū ciuitatum. Suscipit quidem marsiā: obriuiam atq; orbam: & alios. Insignitur magnesia ciuitate: Comene: Nibiliua: Priēne & aliis. Aiunt insuper in eo nasci lapidem: quem per antiphrasim Euphronam uocāt: quem si quis pectori alicuius alliget: in insaniam eum uertat adeo uehementem: ut aliquem ex propinquis occidat.

**Meduacus** Venetorum fluius.

**Melas** boetię fluius est: mineruę facer: eo q̄ oliuetis abundet. Hunc tamen aliqui uolunt athenarum esse fluium: quum ille sit moelus in sicbinarum finibus. Hic tamen melas eodem fonte: cum cephiso exūdās potos greges si albi sint: nigros facit: quū cephisus agat contrarium: & ex hoc nomen traxit. Nam melam græce nigrum sonat latine.

**Melas** fluius est chersonensi: a quo sinus: in quem effluit melas dicitur.

**Melas** seu methas thessalię fluius in epydanum fluens.

**Melena** fluius lysimachię ciuitati propinquus: quem puto idem cum

- mela: quem in chersoneso diximus: & sic eundem arbitror cum melena in radicibus oetę montis fluente: & si sic est: paruus est fluuius.
- Mella** gallię fluuius est: ea abundans herba: quę ab eo uocatur amella.
- Melas** fluuius est pamphylię nauigabilis: apud quem bethires Bursiriq; incolunt: eum Cilicię ueterem terminum dicunt.
- Meles** fluuius in asia smyrnam circūdans haud procul nascens ab ea: quę inter asiatica flumina præcipuum aiunt.
- Melpes** fluuius buxentio oppido uicinus.
- Menotaurus** fluuius apud Cautadas & opharitas gentes.
- Menuba** Hispanię fluuius apud caurasitas.
- Menus** germanię fluuius est: in quo sylurum aiunt piscem equos innātes deorsum trahere.
- Merula** fluuius propinquus albouintimilio oppido.
- Mestus** thracię fluuius: cui proximi habitant berli bossiq; pagei montis radices ambiens.
- Metaurus** fluuius ę umbrię descēdens in adriaticum sinum: haud longe a phanestri colonia uersus Senogalliam: clarus quippe uictoria Salinatoris Liuii: & Claudii neronis consulibus: & clade atq; cęde Hasdrubalis poeni ex Hispania uenientis.
- Meus** fluuius est indorum fogdianorum.
- Milā** fluuius est sicilię inter syracusas & leontinum fluens.
- Milla** fluuius est Hispanię apud celticos: cui cognomen obliuionis attribunt.
- Mincius** Venetiarum fluuius est ex benaco lacu prodiens: qui exundans usq; mantuam labitur. Ibi autem in circuitu ciuitatis altero lacu facto: quum ex eo progreditur: Mincii nomē assumit: & breui cursu in padū mergitur: & quom de se tenuis sit: adeo imbribus augetur: ut asserant nullum esse tam modici cursus: qui tantum usq; suscipiat incrementi. Equidem memorabilis Maronis Virgilio diuino carmine decantatus & eius origine. Nam in ando uila eius in marginibus sita natum aiūt: haud plus .ii. m. pas. a Mantua: uocant tamen hodie pietola: & gloriat̃ tanti uatis incolatu: ad cuius seruandam memoriam paruo cumulo eiꝝ contiguo Virgilio montis imposuere nomen: asserentes ibidem agros fuisse suos.
- Miniis** fluuius est iuxta arinam in mare fluens.
- Minio** fluuius est Italię haud longe a roma: & Ceretę propinquus.
- Minus** fluuius est Hispanię a colore pigmenti: quo plurimum abūdat denominatus. Hic prope pyrenum nascitur: & ab obuca ueniens Leunos: Seubros: Bractos: & Augustam oppidum super gallicia irrigat: & mergitur oceano.
- Mirsia** fluuius est ultra Aquilegiam in finibus Italię.



- Misius fluuius est plageę & sadacis paruis pelafgorum coloniis: & olym-  
po monti propinquus.
- Moadus bybernię fluuius: per concaniciam regionem currens.
- Modarnus fluuius & hic in bybernia ę: per cheneloniam regionē currēs.
- Moenis fluuius est cadens in rhenum.
- Morgus cisalpinę gallię fluuius in padum tendens.
- Mossella fluuius est belgię: cuius in ripis treueris sedet ciuitas: & in rhe-  
num influit.
- Mosa fluuius est: ex uegeso monte funditur: qui in finibus ligonū ę: & re-  
cepta quadam parte rheni: quę uocatur uasus: insulam facit Bataurorū  
& idem mergitur oceano.
- Muluca fluuius est numidię: olim dirimens Iugurtę Bochiq; regna numi-  
diam. s. a mauritania.
- Muscros fluuius est Camari insule meridionalis.
- Munda fluuius est Hispanię: a quo oppidum denominatum est. Apud  
quem inter Iulium Cęsarem: & Cn. Pompeiū magni filiū clade Cnei  
ingens certamen cōmissum est.
- Mutien fluuius est apud cautadas & opharitas gentes.
- N**abar fluuius est inter Iocosium & rutisiā ciuitatem currens.
- N**abarus fluuius nauium capax est: haud longe ab Alexandria: a  
Leonato iussu Alexandri Macedonis condita.
- Nais fluuius ex tauro monte nascitur: & in pontum mergitur.
- Nannasa fluuius ę apud Cātabros: auarigines: & orgenomes disteminās.
- Nar seu naria fluuius est secundum quosdam Sabinorum de fiscello de-  
fluens mōte: & (ut quidam dicunt) ex naribus cuiusdam tauri hęnei: &  
ideo nar dictus est. Alii dicunt eum umbriorum fluuium: uicini sunt  
sabini & umbri. difficile forsan terminos distinguere ueteres. sulphu-  
reis pręterea miscetur aquis: & ideo plurimum a ueteribus cognomi-  
natur sulphureus: & sub Narina ciuitate ab eo denominata fluens in  
thyberim labitur.
- Nar fluuius est alter a superiori: qui a Danubio uidetur deriuari: & descē-  
dere inter phileos & liburnos.
- Narane fluuius ę dalmacię: ab epidauro colonia nō distās ampli⁹. c. m. pal.
- Natabur fluuius est apud garamantes capsado oppido propinquus.
- Natius fluuius est Venetiarum Aquilegię ciuitati uicinus.
- Nauia fluuius est apud Cantabros inter Albiones & Barthos.
- Naupertus fluuius est oriens inter Emoniam & alpes.
- Nebis Hispanię fluuius apud celtas.
- Neetus Italię fluuius est: haud longe a Crotone oppido effluens.
- Neleus fluuius ę in euia: ex cuius aqua si potent albę oues: nigre efficiūt  
quum nigre efficiantur albę: si ex Cberio eiusdem prouincię flumine

potent.

**N**eoris fluuius est Albanie tasię regionis.

**N**esestenes fluuius est sub Caucaso monte: sigotoni occurrens flumini.

**N**eston thracię fluuius est a Strimona fluens secus Abderem ciuitatem: ubi quondam Diomedes equis hospites suos dabat in cibum.

**N**iagoras Phoenicum fluuius est in ora libano monti subiecta.

**N**idam fluuius est indię.

**N**iennia fluuius est ęquitanię.

**N**iger fluuius oritur inter Carilas ęthyopes & getulię ciuitatē: oēm atq; ęthyopiam ab africa diuidit: eum autem patrem nili putant: eo q̄ eodē tempore augeatur atq; decreseat: quum eadem animalia gignat & nutriat: & calamum & papię: & ideo statim de eo paulo post ubi de nilo.

**N**ilus totius orbis permaximus fluuius arbitratur. Huic secūdam quosdam latine nomen est melo. Alii dicunt hunc esse quē theologi Geō nuncupant: & ex paradiso deliciarum effluere. Incolae Nilum uocant propter limum: quem trahit: & eo ęgyptia arua foecundat: cuius tam grandis est copia: ut etiam sint qui arbitrentur ab hoc pharon insulam a continenti longo tractu distantem: eo aucto iādiu fuisse coniunctam. Sed noīs quęstio minor est. Hic ut ab aliquo termino eius ad ęgyptios progressus sumamus initium e nigro flumine: de quo supra: quem ac colę nili patrem dicunt nondum nilus uocatus rapido ueniens cursu Africam omnem ab Aethyopia seperat: et plurimas atq; praegrandes insulas faciens uenit ad eam clarissimam Meroem a dextris eius nominatus Astufapes: quod idem sonat quod latens. A leua uero uocatur Astobores: ex quo intelligitur e tenebris ueniens: quam postq̄ reliquit aliquādiu: nongiris ab aliquibus appellatur: ab Aegyptiis uero homo. A quibusdam Tricon. Et partim asper: partimque nauigia deferens in amplissimum effunditur lacum. Ex quo rapido sese proripiens ipe tu alteram insulam: quam Talensium uocitant: amplectitur: & uariis incitatus irritamentis montium coarctatur rupibus: ex quo torrentior factus ad eum Aethyopum locum deueniens: qui Cattaduppa uocatur: tam uiolenter inter obuios scopulos suo impellitur impetu: ut uasto aquarum se frangentium rumore incolarum aures in surditatē usque ledat. Existimatur & adhuc atrox: spumansque amplo gurgite ad elephantilem usque ciuitatem Aegyptiam euoluitur. Hinc lenis uiolentia posita placidus ac nauigabilis efficitur. Et primo circa Cercasorum oppidum incipit esse triplex. Cuius pars una ad deletam: & meliam declinans iterum separatur: & sic diuisus atq; uagus: aliis etiam alueis uarie seperatis in septem postremo tot⁹ diuisus partibus omnē Aegyptum irrigat annuo incremento: & demum Aegyptio mari per septem ingentia miscetur hostia. Quorum primum quod in Syriam

uersum est Pelusion appellatur. Secundū Tananticon seu Patameticō uocatur. Tertium autem mendisiacum uel mendesion. Quartum Factamicien uel Cataptistum nominant. Quintum autem Sceueniticum. Sextum uoluptionem clamitant uel uolbitium. Septimum ultimum canopona Menelai gubernatore nauis ibidem tumulto denominatum. Sed postq̄ de eius progressu aliqua dicta sunt: quid de origine eius opinati sunt ueteres aduertendum est: & ueritate sacrarū litterarum p̄posita: in quibus legitur eum ex paradiso deliciarum p̄cedere sub nomine geon: de quo supra. Sunt qui uulgatori adhaerent opinioni: qua creditur huius omnino ignorari pricipium: in cuius credulitatis confirmationem dicunt quosdam a Nerone Cēsare missos ad huius fluminis caput inuestigandum rettulisse post longum a se p̄actum iter ἔthyopię regis auxilio atq; consilio ad ulteriores deuenisse reges: quorum opera se eo usq; fuisse perductos: ut immensas reperiunt paludes: quarum exitum nemo: nec incolę nouerant: aut sperare poterant. Erant enim aquę adeo herbis implicitę: ut nec expeditus homo: nedum nauigium penetrare posse uideretur: nisi quod paruum esset: & unius tantum capax: infra quam non absq; graui difficultate progressos se referebant: petras uidisse duas: ex quibus uis ingēs fluminis emanabat. Vtrum hoc esset initium: an ex patentibus terris accessio aliunde foret: non satis certum firmantes: quum ad ulteriora procedere nequiuisent. Alii uero sunt aliter sentientes: sed iudicio meo magis cōiecturis: q̄ experientia certa se adinuenisse Nili fontem testari uidētur aientes in monte inferioris mauritanię haud procul ab oceano lacum esse stagnantem: quem uocant incolę nulidum: in quo pisces alabetae Coratini: siluri: ac etiam crocodilli reperiuntur: & squalentibus niuib⁹ lacum excrescere: ex quo quia hęc eadē piscium genera nilus alit: lacum hunc nili coniecturantur initium fumentes ex progressu aquarum lacus aliquale etiam argumentum: dicentes ex hoc lacu primo perfusus nilum per arenosa & squalentia loca: quasi dedignetur excurrere biatu terrę comperto sese condere: & aliquot dierum itinere inuisum se ferri. Mox apud masillos mauritanię cēsariensis populos in ampliorem lacum profiliem fundi: cuius rei argumentum: q̄ idem sit qui se miserat nihil aliud restat: p̄ter q̄ eadem animalia is secundus quę prior gignat & nutriat. Demum iterum ab arenis receptus absconditur: nec apparet ante q̄ excursis uiginti dierum itineribus per deserta atq; inaccessa loca: ubi primum quasi habitantes homines senserit: erumpit in terras iterum: & ex eo fonte profilit: quem nigrum uocauerunt: exide palam procedens ad exitum usq; prout supra demonstratū est. Nonnulli putant eum ex fonte quodam prodire: qui apud hesperos ἔthyopas ē.

ab incolis aliter pyrum seu prium appellatus. Et huius nullum aliud extat argumentum: nisi quod quum alia flumina: quę ea in regione oriuntur omnia in oceanum tendant: & is solus ex fonte iam dicto procedens Moediam capiens regionem tendit in orientem. Nutriatque & gignat esto minora ea animantia: quę nutrit & nilus. Afferunt tamen quoniam exeat: sed coniecturis eundem esse percipere uolunt. Et alii non in occidentum nasci nilum: sed in littore rubri maris emergere: loco ubi dicitur mossilone: & in occasum profluere usque in insulam: quam meroe desuper nominauimus. Demum in septentrionem flexi pluribus auctus incrementis: & egypti sequora subintrare. Ego quidem quod a primis dictum est: nulla scilicet ratione compertum ex quibus erumpat fontibus arbitror: quum Cęsarem dictatorem talium indagatorę egregium originis huius legamus incertum. Sed de accidentibus pauca supertat. Scripsere igitur ueteres hunc esse syluarum altorem permaximum: & beluarum immanium productorem: & crocodillorum & hippotamorum: & aliorum similibus. Pręterea calami atque papiri: & agrorum foecundatorem indyctam suis annuis incrementis: quę fieri contingit ut plurimum tenente sole leonis finem: & ad medium usque uirginis augeri: demum declinare: & in ripas reuocare aquas incipere: donec sol uirginis in finem: uel Librę principium uenerit: & tunc totum infra ueterę alueum contineri. Cuius excrementi causas multiplices ostendere antiquitas conata est: quas quia minus huic operi conueniunt: apposuisse superfluum ratus sum. Hoc tamen omisisse nolim. Habent locis accole passim per oppida erectas columnas: in quibus incrementorum uarietates signis notatę sunt: per quę optime futuri temporis abundantiam atque penuriam frumentorum uaticinantur secundum maius & minus incrementum. Afferunt insuper aliqui fluminis huius aquas talis esse uirtutis: ut non solum foecundas faciat mulieres: sed quę diu uidebantur sterilitati damnatę ad conceptum harum beneficio relaxentur efficianturque foecundę. Et hęc de nilo dixisse satis sit.

**N**iphates (ut quidam dicunt) fluuius est moedorum: alii uero parthorum: & nonnulli armeniorum: quum sint qui illum asserunt esse scytharum. Cadit enim e monte niphate: cursui cuius possunt adeo predictę gętes esse dispositę: ut possit ad omnes aliquando puenire: & sic omnium esse.

**N**ipheus Italię fluuius est haud longe ab astura uolscorum.

**N**inius fluuius est Museo propinquus.

**N**ognis Colchorum est fluuius inter Emochianos atque putelzos.

**N**onimbarus fluuius est propinquus Seleucię: quę calicadmo supereminet flumini.

**N**ouanius fluuius est trans apoeninum conditionis inauditę. Nam quum

in agro sit pitiniate & fluius solsticiis omnibus pleno effluit alueo: bruma autem liccatur.

**N**ourgiris fluius est & thypum. Hic aliqua in parte nilus est: ut paulo ante aduerti potest.

**N**ubis fluius est nauigabilis: cui ppinqui habitant alontigi: atque celistotigi.

**N**undiana fluius est apud nouium.

**N**umicius seu numicus fluius est laurentis agri: in quo uolunt quidam Aeneam Troianum cecidisse: & ex eius alueo sublatum corpus consecratum fuisse: ex quo quidem flumine solo ueteres consueuere in sacris Vestis libare. Sane hic fluius (ut quidam uolunt) hodie non est. Nam paulatim decrescens primo in fontem redactus est. Demum & fons ipse exaruit: & sic qui plurimum Maronis carmine: & aliorum latinorum poetarum celebris factus est: deuenit ad nihilum.

**N**uthul fluius est & thypus: aiunt aliqui sic nilum aliqua in parte uocari.

**O** Axis siue oxus fluius est ex oaxo lacu oriens: per deserta scythiae ex regionibus sardianorum aliorum suffragio grandis ab oriente ueniens aliquandiu in occasum impellitur. Post haec iuxta dacas flectit: & in septentrionem uersus iter ad Mardos & peficasos illi aperitur: & limo plurimo semper turbidus in scythicum oceanum in grandi multitudine aurea deferens frustra (ut asserunt quidam) labitur. Huius quidem ripas incolunt dribices: Bactriani: & Exostastae.

**O**axes (ut placet aliquibus) fluius alter a superiori est: & per insulam Creta fertur: & ab eo ciuitas oaxia nuncupatur. Verum timeo ne decipiantur tales Virgilii carmine: ubi dicit. Pars scythiae & rapidum cretae uenimus oaxem: quum ibi cretae nomen non ponat pro insula: sed pro limo: quem semper secum trahit oaxes.

**O**brinia fluius est tyboroni ciuitati situs in radicibus signie montis proximis: in menandrum fluium cadens.

**O**cazane fluius est conterminus Albanis: & hybero atque tyro fluminibus uicinus.

**O**ceanus fluius est (ut quidam uolunt) in extremo occidente. Ego quidem inspecta Homeri littera & modo loquendi: non credo fluium: sed ipsum mare oceanum.

**O**ctarius fluius est scytharum: transiens per canticos & sapheos.

**O**cus fluius Indiae apud sogdianos.

**O**desus fluius est Macedoniae apud mensesios haud longe a Dionysopoli.

**O**donas fluius est indorum: in oceanum fertur: cuius in ripis aiunt oriri arundines tantae magnitudinis: ut uix una. xxx. possint homines ferre.

**O**eagrius fluius est: quem aiunt orphei uatis patrem. Ex eo quidem quum in Thracia sit: hebrum nasci dicunt.

**O**pharus fluius est apud catabros & opharitas in languum fluium defluens.

*Triginta homines uixisse uix posse possunt*

- Ollius fluuius est Gallię Cifalping ex sebino lacu manans in padū.
- Otonus fluuius est theſſalię.
- Opadrus fluuius est prope bactros.
- Ormigus fluuius est poetis facer: cygnis abūdans: boetię proximus.
- Oratus fluuius est perſas ab elymade diuidēs.
- Orba fluuius est haud longe a tyborone oppido in radicibus ſignię montis ſito: in Menandrū fluuiū emergens.
- Orcon fluuius est theſſalię in peneū defluens amnem: quem penes quū puriſſim⁹ ſit: eū non ſinit ſuis aquis miſceri: quoniam nimmo deſuper fert non aliter quā ſi eſſet oleū: nec etiam hoc modo diu patitur: & eū ab ſe abdicat. Aiūt enim ex infernorū dite genitas haſ eſſe aquas: & ideo flumini nomen impositū conueniens undis.
- Orcatia fluuius est confinio perſarum tantum limi deferens una cū brixa eiufdem regionis fluuiio: ut coeno inaccessibilem faciant perſidem ex parte illa.
- Oretus ſicilię fluuius est apud Panormum.
- Origeus fluuius est Carmonię: hircanis portuoſus: & auro fertilis.
- Ornadus fluuius est (ut ego arbitror) armenię. Nam non multum diſtare uidetur a tygri.
- Orodus fluuius est poſt olympum montem: qui miſtus dicitur: olympenę ciuitati propinquus.
- Oron fluuius est haud longe a memphi ciuitate egyptiorum.
- Orontes fluuius est ſyrię ex libano profluens iuxta Eliopolim oppidum: Alii uero dicunt quod ex caſio monte ei ſupereminente naſcatur. Antiochiam epiphanem cognominatam præterfluit.
- Ortorogoera fluuius ē aquilonaris apud mōtanos paropanifadas: & hircanos ſcythas eſfluens in oceanum ſuſcipitur: & incipit ab eius hoſtio oceanus ſericus.
- Orſinus fluuius est Menandro propinquus: una ſecum circūcurrens Antiochiam Simecos Cranaoſque oppida.
- Oſcorus ſcytharum est fluuius.
- Oſphagus fluuius est gręcię haud lōge ab Apollonia uerſus macedoniā.
- Oſſigitanus fluuius est Hiſpanię: & in Bethim fluuium eſfluit.
- Oſtata ſeu oſta britanię fluuius est: cui ſupereminet Clamargātia ciuitas.
- Oſtura fluuius est Hiſpanię: circa quem aſtures montibus ſyluiſque circūſepti habitant a flumine nuncupati.
- Otelecanticus fluuius est inter miſiam & troadem illas diſterminans.
- P**Actolus fluuius est Lydię aureis arenis ſmyrneos irrigans agros quę quidem uetultate fabulę iuenerunt locum: ſcilicet in eo Midā regē: qui a Baccho impetrauerat: ut quicquid tangeret aurum fieret.

**P**achisos fluuius est sicilię ciuilibus sanguinis notatus infamia. Nam apud eum Sextus Pompeius Pompeii magni filius occisus est.

**P**adus fluuius est Gallię Cisalpinę totius Italiae maximus: qui quidem in cęlssimo Vesuli montis cacumine in finibus Ligurum gabienuum ex pseudo funditur monte: seq; condens cuniculo in agro foro iulien-  
 um iterum uenit in lucem. Alii dicunt in infimis radicibus Vesuli ori-  
 atur: & inter Naburnos & Mantuanos arripiat primo cursum. Sed  
 qualitercunq; sit: e gremio Vesuli montis fusus primo tenuis incipit  
 iter: demum fluminibus auctus: placido tamen incessu taurinorum au-  
 gustam linquit a dextris: & Placentiam Romanorum coloniam atq;  
 Parmam: Rhegium: Lepidum: Mutinamque: & uetustissimam cum  
 aliis pluribus Rauenam. A sinistris Augustam prætoriam cuciam: Ti-  
 cinum: Mediolanum: Laudum Pompeii: Veronam: Mantuam: Vi-  
 centiam: & paulo longius Patauium. Et susceptis triginta fluminibus  
 tam ex alpibus sinistris q̄ e dextris ex apoenino cadentibus (ut scripse-  
 re quidam) septem hostiis adriatico miscetur sinu. Quę distinxisse for-  
 san erit accõmodum. Is igitur turbulentus incedens ut plurimum & in-  
 cipientibus squalere niuib; aprili & maio mensibus: uix sese infra al-  
 ueum aggeribus hinc inde coact9 relicto Veronensi agro bipartitur:  
 & duo de se grandia facit flumina: quorum quod a dextris labitur inue-  
 to a sinistris insigni oppido: quod olim pborũ alieni uocauere ueteres:  
 hodierni uero uocant Ferrariam: iterũ in duos diuiditur fluuios. Qui a  
 dextris est recto tramite Rauenam petit: & fere usq; Mutinam: & ide  
 aliquantisper usq; Imolam maximis factis paludibus: & aliquibus su-  
 sceptis fluminibus haud longe a Rauena ingreditur mare: hoc hostio  
 portus magnitudinem faciens: adeo ut Claudius Cęsar ex britannis tri-  
 umphaturus adriaticum per illud intrauerit: non solũ ingenti nauigio  
 sed prægrandi palatio spectantium illud iudicio. Hoc prisca dixere Va-  
 trenum: quum ante eridanum hostiũ dictũ sit. nõnulli spinetiẽ uocauere  
 a spina ciuitate inclyta: quam a Diomede conditam ex delphicis the-  
 sauris creditum est hostio propinqua: ex qua hodie nullum extat uesti-  
 gium: & nominis fama perdita est. Vatrenum autem dictum est: eo q̄  
 uatrenus fluuius a foro Corneliensi ueniens: quem quidam hodie uo-  
 cari lanternum existimant: pado ibidem miscetur. Hoc tamen hodie  
 primarum uocant incolę: quasi primum & inter alia præcipuum. Ea ue-  
 ro pars quę sub oppido ferrariensi diuisa diffunditur multas faciens  
 insulas: quas polyfenos uocant indigenę syluis plenas & accolis: postq̄  
 aliquãdiu delapsa est pro parte: stagnum intrat ingens: quod etiam in  
 mare effunditur: secundum fluuius faciens hostium: quod olim capfig  
 dictum est: Nostro autem quo (ut nonnulli existimant) uulgo dicitur

*Ut quidam de po*

mangiauaacca. Reliquum autem quod fluii more effluit tertium facit hostium: quod uocauere ueteres & moderni Volanum seu uolane: ante tamen colane dictum. Id uero flumen quod diuisum sub agro Veronensi diximus in sinistram descendere: esto sinistrorsum maximas impleat paludes: recto tamen cursu mari se miscēs hostium facit quartū: cui philastena fuisse nomen aliqui arbitrantur: quum hodie uulgo uocetur Codigore idiomate incolarum. Verum reliqua tria hostia: quibus carbonaria fossiones & philisterna (ut placet aliis) uocata sunt: & sic quarti hostii uetus nomen perditum plena uidentur: quum a partibus per paludes emissis ab eo: quod ab agro ueronensi diuisum ueniebant: nascerentur. Repletionis autem causa fossa in transuersum ducta ad impetum fluminis moderandum uidetur: quam autem fossam assagi fecere tusci: quorum adria fuit colonia: & ex transuerso adrianorum paludum: quae septem maria uocabantur deduxere. Quamobcausam sunt qui uelint apud brundillum effundi quicquid ex Pado obturatis effūdebatur hostiis: quod ego nec credere nec firmare audeo: quū & atthesis & brinta flumina paludes augeant: & per medias sub Laureto uico atthesis in adriaticum pleno penetret alueo. His tamen omnibus remittit in Adriaticum multa ex ubertate Gallorum nauigiis: & multa usque etiam in Taurinos ex Adriatico sinu nauigiis peregrina suscipit maximo incolarum atque negociatorum commodo. Volunt quidam hunc tam impetuoso cursu ex uno hostiorum effluere: ut impetū seruet: donec ad Istrum ab opposito Istriae littore eque impetuose ruentem deuenerit: eiq; misceatur in mari: & sic per Adriatici sinus ubique dulcis aquae haustum nautis praebet: quod ego ridiculum puto: quum nec Ister accedat: nec procedat purus tam diu Padus. Hunc graeci Eridanum uocauere a Phaetontis solis filii casu: ut iam supra ubi de Eridano satis plene dictum est. Padus autem quum Italos pudeat ut plurimum suis rebus a Graecis mutuasse nomina: dictus est: eo quod circa fontem eius arbores abundant picem sudantes: quas Galli padi uocant: & sic ab illis oriens nomen adeptus est. Ligurum uero lingua non padus: sed Boduigus appellatus est: quod sonat fundo carens. Cui rei argumentum est oppidum penes eum: & potissime ubi fluminis incipit altitudo uetusto nomine boduigomadum appellatum.

**P**adusa fluuius est: quem aiunt Padi brachium quoddam Rauennam usque perductum: Massanicum alio nomine appellatum. Quem ego fluuium non existimo: sed fossam potius: qua a flumine nauigia traherentur ad urbem.

**P**aneius fluuius est Colchorum: cui oppidum imminet sui nominis: habens post se bemocorum multimodas gentes.



- P**amifus seu Panifus fluuius est achaię: in asineo fluens sinu.
- P**anifus fluuius ẽ scytharũ: haud longe a stagno deueltono & bosphoro.
- P**antanus fluuius portuosus ẽ: propinquus promõtorio gargani mõtis.
- P**antagia fluuius ẽ Sicilię põtagiũ ante dictus: uicinus megarẽfib? atq; syrraculanis sic denominatus: eo q̃ fluens per omnem audiret̃ insulã cui silentiũ dicunt a cerere dum p̃serpinam quęreret offensa sono fu-  
isse impositum.
- P**anus ponti fluuius est.
- P**aradisus fluuius est Cilicię.
- P**arapanifus seu Propanifus fluui? ẽ scytharum glacie duratus plurima:  
& in septentrionalem emergẽs oceanum: quẽ incolę almatium uocãt:  
quod latine congelatũ sonat: seu secũdum Cymbros Mormorusa qđ  
mortuum mare sonat.
- P**arteius Armenię fluuius est: in tygrim effluens.
- P**arthenius fluuius ẽ Paphlagonũ haud longe a Carambi promõtorio  
paphlagonum & urbes Sefamũ & crominũ: in pontũ sese mergens.
- P**arma fluuius est Gallię cisalpinę: parmam ciuitatem ab Apoenino ue-  
niens diuidens: & in padum cadens.
- P**atiris fluuius ẽ garamiti sinu: propinquus pontico & nauaro atq; Cor-  
ting oppidis.
- P**eneus fluuius est thessalię: plurimum poetarum carminibus celebrat̃.  
hunc quidam dicũt casu exortum: scilicet cum ossa mons thessalię ab  
olympo monte agente terremotu se paret̃: primo terras erupisse: & pa-  
ludes quibus laborabat thessalia exhaussisse. Alii dicũt q̃ a Pindo fun-  
datur monte: sed iuxta Gomphos oriri: qui clarissimis effluens undis.  
**O**rcon: seu secundum alios himerton turpissimis sese undis misceri  
conantem spernit: illasque ad instar olei aliquandiu quasi natantes  
uehit: demum a se repellit. Et quom stygi & inferorum paludi aquas  
suministrare ueteres dixerint: arbitror has orconis undas alicubi i p̃-  
gressu tanq̃ leuiore hyatu reperito mergi: quom omnes asserentes in-  
ueniam: eum illas diu non ferre. Is igit̃ per nemorosa cõuallia defluẽs  
quingentis stadiis nauigia defert. Inter quę famosissimus locus est:  
quem tempe uocauere prisca. v. mil. p. in longitudinem tendens: arbo-  
ribus se in cęlum attolentibus ab utraq; ripa: & iuga mõtium uisũ ho-  
minum excedẽtia umbram prebent placidam: & gramie uestitis mar-  
ginibus inter sonoros calculos labens canoro auium cocentu lętior ui-  
det̃ incedere. Esto nonnũq̃ exhalet fumos: & nubila condat: & ingẽti  
sono adiacentia cuncta concutiat. Tandem apertiori sub cęlo fluens a  
**M**agnesia Macedoniam dirimit: & i termũ effluit sinum. Insignis  
fabula natę Daphnis quam a Phoëbo dilectam aiunt: & in laurũ uer-  
sam: eo q̃ lauris eius abundant ripę.

- P**eonius fluuius est thessalię.
- P**ermesus fluuius est Boetię: ex helicōe monte declinans: poetis gratus.
- P**ersus Indorum fluuius est nauigabilis: in Cambirum suarorum fluuium cadens.
- P**ingus mesię fluuius.
- P**iles tuscię fluuius est apud populoniā uetustū oppidum atq; deletum.
- P**inarus fluuius est Cilicię sub amano effluens monte.
- P**ira fluuius est i finibus histroy Callipidas asiaticasq; ab eis determinās
- P**iradas seu Piratidas fluuius ē selimbrię oppido atq; bithinię flumini uicinus. Arbitror hunc haud longe a Bizantio fluere.
- P**iramus fluuius est Cilicię: cui Mopsos oppidum supra ipositum i Cilicum effluit mare apud Ammodem promontorium.
- P**isaurus fluuius ē Cisalpię gallię: seu potius Piceni: a quo ciuitas Pisaurum ei super iposita denominata est: in adriaticum fluit.
- P**itormus Marforum fluuius est: cursu uolucris uectus per fucinum lacū absq; mixtione aquarū transit.
- P**ixurates fluuius est orientalis sub radicibus montis Capōte supra Cimaram ciuitatem fluit: quem aiunt uocari postea Euphratem.
- P**labes fluuius Venetorum est inter forum Iulii & Taruisium ciuitatē.
- P**lemirus fluuius est apud orthygiam insulam: in conspectu Sicilię.
- P**oagrius fluuius est in ora Locrorum iuxta Marattonium i mare fert̃.
- P**olesimundus fluuius est in taprobane insula oriētali effluens e stagno cui Magiba nomen: & iuxta oppidum eiusdem nominis currens tribus alueis oceano miscetur.
- P**olicarmus fluuius est: in quo (ut ferunt) gignitur herba conferens plurimum ad cęcitatē egritudinem remouendam.
- P**olitimetum flumen est apud Sogodianos i india per amplas solitudines a ripis tenui coactus alueo uagans: & cōperta cauerna quasi cęlum horreat fugit & mergitur: eiusq; cursum aque labentis sono uolentib; notum facit. Pręterea & indicio alio. Nam quom areat solum undiq; id quod cursui superpositum est humore semper aliquo defudat.
- P**onanus indorum fluuius est nauigabilis: pandorum fluens in finibus.
- P**onthus fluuius est inter scythos moedosq; per terram trbaciam nuncupatam: ut aiunt labitur: ex quo sumuntur lapides mirę operationis. Igne quidem uti ligna cremantur: quos si percusseris extinguunt facile: si aqua perfuderis in maius excitantur incendium: tetrum habētes odorem Assalto persimilem: adeoq; abominandū: ut nulla sit auis aut serpentū species: que bis ardentibus loco possit pp̃iqua cōsistere.
- P**otamia fluuius ē Misię per mediā Martianopolim fluens ciuitatem quā quidē Traianus cęsar amore sororis Martię cōstruxit & nōinauit
- P**otercus fluuius est in insula cretę: inter gnoson & gortinam defluens

ciuitates.

**P**rinas fluuius est indiꝝ: apud quem Actocalige in gangem fluit.

**P**roptasia fluuius est haud longe a dorigene ciuitate Indiꝝ.

**R**acinus fluuius est aut Persarum aut persis propinquus.

**R**amnus fluuius indiꝝ est nauigabilis: in gangem defluens.

**R**ebas fluuius est: quem aliqui fessum dixerunt Bosphori faucibus proximus.

**R**eganus fluuius est turingorum: & in danubium fertur.

**R**henus fluuius ē ex lepontis: qui alpes incolunt: oritur existētibus Ve-  
mionensibus atq; sarmetis origini suꝝ propinquus. hic paruo adhuc  
effusus cursu duos facit lacus: Venetum scilicet & Acronum. Mox  
in unum ex eis redactus alueum per fines nātuantium beleuciorum:  
sequanoꝝ: mediomatricum: tributioꝝ: atq; treuerorum uelox effertur  
ac postq̄ propinquat oceano multis iam susceptis fluminibus in plu-  
res diffusus partes multas facit insulas: quas olim barbarꝝ nationes in-  
coluere: ex quibus & ii qui piscibus ouisq; auium nutriūtur: fuere. Ex  
his tamen nobilior Bachanorum insula fertur iter belenium ac fleuū  
fluminis hostia sane late recedentibus ripis igentem facit lacū. Fleuo  
dictus ubi campos inundauit: & eiusdem nominis insulam amplexus  
est. In occiduum uero in amnem mosam se fundit: & post insulā fleuo  
dato multis alueis oceanum petat: suo tamen nomini tenuem seruat:  
per quem cum ceteris miscetur oceano gloriꝝ Iulii cęsaris dictatoris: a  
quo primo ponte superatus est testis perpetuus.

**R**henus fluuius galliꝝ cisalpinꝝ Bononiā latiorum coloniam ī agro tus-  
corum positam: matremq; inclytam studiorum radens.

**R**exinis fluuius germaniꝝ est: in oceanum effluens.

**R**idagius fluuius est hircaniꝝ grandis: zobetem suscipiens amplissimū  
fluuium.

**R**indaces fluuius est minoris asiꝝ: post olympum montem quem Misi-  
um uocant incolꝝ: ultra quē fluuiū Dasali & Mistella a Colophonis  
collocata. Circa autem ripas eius imanes nascuntur angues: nō quidē  
magnitudine corporis sed proprietate uirtutis. Nam sole feruēte om-  
nes in eius merguntur alueum: & frigefacti emergunt: & hiatu patu-  
lo prospectantes in altum superuolantes aues etiam si altissimꝝ sint  
& perniciousiter ferant: quasi unco tractꝝ euestigio decidunt: & absorbē-  
tur ab eis.

**R**inotorus fluuiꝝ est egypti: qui a sacris litteris torrens aliquādo uocat̄

**R**isaste fluuiꝝ est ī pōto: haud longe ab Anthio oppido: cui postea Apol-  
lonia dictum est.

**R**isus fluuius fuit olim troiꝝ propinquus: ex quo nūc (ut quidam ferūt)  
nullum extat uestigium: quom ante ex ida monte defluens per septē

uada ferretur in mare.

- R**hodanus fluuius ē galliē: a rhodano oppido rhodiorum præter quod fluit denominatum. hic uero ab Alpibus oritur: haud longe a fontibus Danubii atq; rheni: & citato descendens cursu per lemanū lacum impetum seruans effert: integerq; exiens in occiduum gallias aliquādiu dirimens: tardūq; Ararim deferens: labitur tandem ī meridiem flexus susceptis Isara atq; Druentia non minus se uelocibus inter Volcas & cauates apud heracleam oppidū uno hostio & paulo ulterius duobus aliis in tyrrhenū mare īpetuosissimus diffunditur. Ex his hostiis unum dicitur hispaniense: aliud Merapinū: tertium uero quod amplissimum est Masselioticum uocauere priores. Insignis quidē non solum magnificis euentibus: quos se penes iam dudum uidisse potuit: Sed a uisione sibi super īposita ciuitate Babylonī noua: apud quam & summus pontifex sacrosq; fratrum eius collegium humana atq; diuina tractantes: & cernere & exorcismos audire potest: poruitq; iamdiu.
- R**hodus fluuius ē troianus ex Ida defluens monte: ex quo nedū a quo sed nec quorsum effluxerit etiam a perquirentibus inueniri potest.
- R**oda Indiē fluuius est.
- R**hode fluuius est scytharum apud crobisgos effluens.
- R**ubicon fluuius est: ubi quondam Italiē prouintia inter Ariminum & Rauenā a prouintia galliē cisalpinē a Romanis ducibus seperabatur: paruus quidem e uicinis montibus in adriaticum effluit: hodie uocatus ab incolis pisciatello uix cognitus.
- R**ubriacus seu Rubricatus fluuius est hispaniē apud bylertotas seu litore bargionis: inter suber & colobim fluens.
- R**utuba fluuius est secundum quosdam ex a poenino in thyberim fluum defluens. Alii uidentur eum dicere propinquum oppido Albouitimilio: quod propinquū reor promontorio Monico in finibus ligurum.
- S**abaris Calabriē fluius apud ciuitatē Turī: cuius aque (ut ferunt) nigredinē bobus atq; pecudibus potē afferūt: ubi Cataris ei propinquus affert albedinem: quod & incolē testantur. Nam qui Sabariam incolunt: & crispas habent crines: & fusci coloris sunt. Qui uero Catarī candidiores sunt & coma porrecta.
- S**abi fluuius est in ora carmenī: a quo coli uineas agrosq; incipiunt.
- S**abim fluuius est normorum.
- S**abrus fluuius est inter histrum & nauportum.
- S**abaris fluuius est Britanniē: a Sabro quodam in eodem demerso iussu Gontolcenē cuiusdam britannicis imperantis denominatus.
- S**agaram Calabriē fluuius est uictoria Locrensiū & Crotonēsiū clade memorabilis.
- S**ala fluuius est Mauritanī: cui & Sala oppidum superpositum est: a

- quo per Auctolorum gentes in atlanticas solitudines deuenerunt.
- S**ala germaniæ fluius Salabas diuidens a toringis.
- S**alia hispaniæ fluius est.
- S**alvus hispaniæ fluius est, haud longe a Corduba.
- S**amarius hiberniæ fluius est per chenelcunniliam effluens regionem.
- S**andis Persarum fluius est setis per Carmanianum defluens.
- S**anga Cantabrorum est fluius.
- S**angarius fluius est ex adoreo oriens mōte: & per hircanos phrygesq; decurrens aureis harenis grādis quidem susceptus a gallo & tymbro seu timbrogio: & medius fere inter ponticum & cilicum mare haud longe a troia in propontidem labitur. hunc quidam Corialum uocauerunt: cui superincidit egradium ciuitas olim regia Midæ: & castellum Berecyntium: & ab eo incipiunt mariandri.
- S**anguinus fluius est ex Apoenino inter fulmonē & uulturnū fluens: ad ultimum uulturno infunditur.
- S**apis fluius est galliæ cisalpinæ Cesennam ciuitatem subter labens: & in adriaticum sese fundens.
- S**ardana fluius est Mauritanæ: Trinico atq; tigrani ciuitatibus uicinus.
- S**armaticus fluius est apud Sarmatas in oceanum fluens: & ab eo mare Sarmaticum est.
- S**aron fluius est ultra taurum montem: insignis heraclii imperatoris uictoria: & Cosdroæ regis Persarum clade.
- S**arnus fluius est campaniæ: ex apoenino in Capream insulam tendente pluribus in locis uasto saxei montis murmure funditur: adeo abunde ut nō ante exierit: q̄ amplissimas paludes fecerit incolis nebulis: quibus sepe per abundantem ifestans nimium: ex quibus tandem in alueum coactus Pompeianum sub uesubio monte irrigat agrum: & pauco contentus cursu: nec alicuius alterius comitatus undis: satis tamen aquarum copiosus: haud longe a stabia tyrrhenum ingreditur mare. hic apud Sarnū oppidum: quod fontibus eius iminet ligneos fustes paleas frondes: & quodcūq; in eum cadat lapideo paucis in diebus cortice tegit: & assidue agens materiam præbet incolis: ex qua domos conficiant. Ex hoc Neronis cæsaris iussu paulo altius a radice montis incobatus pilis fornicibusq; latere cocto factis superedificatus. aquæ ductus est: & ad misenum usq; protractus est: habens (ut arbitror) xlv. mil. p. lōgitudinis. Ibi uero eo quod baianus sinus ob sulphur potabilium aquarum penuriam patiat in piscinā uastissimæ magnitudinis fundebatur: & defectum totius oris illius sua copia maximo incolarum commodo staurabat. hūc Sarnū alii minus aduertentes arnū florētis fluiū putauere.
- S**ardabale Numidiæ fluius est. & ultra cōmunē regiæ gētis mōumētū.
- S**ars fluius est per argos fluens non lōge ab eius ortu & turē augusti

- quam cognominant memorabilem pontum intrat.
- S**armonetus fluuius est Cilicię iuxta pidasum ciuitatem fluēs.
- S**atur fluuius est Italię quę penes. C. Meuius cōsul Romanus aricinos lauinos: ueliternos: & ancios ueliscof acie fudit.
- S**aus quem supra sabum diximus fluuius est pannonię in norico nascens ex monte Alpione. Alii dicūt ex alpibus Carmeis: In quibus forsā Alpion ē p colapianos ac breucos cadens i quo colaphis mergit fluuius iuxta oppidum Siscię alueo gemino insulam faciens: quę Segestia appellat. Pręterea & Bacuncius descendit in Saū apud oppidū Sirmium. Demum ipse Saus apud taurinū miscetur Danubio. Alii dicunt ubi mirse uocatur. Volunt quidā p hunc fluuiū Iasonē a colchis remeantem argon traxisse nauem in adriaticum transiturus.
- S**auercunus fluuius est hibernię: effluēs per regionē Corgagiā: Blagmę montis in radicibus natus.
- S**auinius fluuius est Cantabroy per auariginos & orgenemos fluens.
- S**ausus & hic Cantabrorū est fluuius: sonoro cursu cadens a Caria.
- S**axum flumen est Mauritanię pręter surrentium promontorium: ultra quod ęthyopes incolunt.
- S**calde fluuius est gallię apud Belgas in mosan fluens.
- S**caldisi fluuius est in armenia maiori: haud longe ab anthiso oppido.
- S**cirra fluuius est apud Mauritanā ęsariensem.
- S**cophias fluuius est minoris asię bitbyniam determinans a galicia.
- S**cultenna fluuius est gallię cisalpinę seu ęmilię: iter Bononiā mutināq; fluens tendit in padum.
- S**cura etiā hic cisalpinę gallię fluuius est: eque in padum fluens.
- S**ebetus (ut quidam dicunt) Campanię fluuius est apud Neapolim: quē ego uidisse non memini: nisi is sit riuus potius: qui e paludibus sub monte Veseno inter radices eiusdem nominis atq; Neapolim in mare effluit inoiatus: nec alterius nedū aque sed nec uestigia usq; apparēt
- S**ebonitides fluuius est gallię.
- S**ellinus messaloy est fluuius: a quo selinis denominata ciuitas plurimo abūdat appio. Credo ubi messalioy scripsi: dici uelit messanioy: quom per quosdam claros uiros hunc esse fluuium manifestum sit.
- S**elliens fluuius est epyrri.
- S**ena fluuius est in littore adriatico inter sapim & aufidum. hunc ego arbitror apud Senogalliam fluere: tamen non assero.
- S**equana fluuius est gallię a belgicis Celtas separans: secatq; in partes parisium: & Leuteciam periseorum insulam facit.
- S**eniris minoris asię fluuius est inter bitbyniam currens atq; galatiam.
- S**etheries fluuius est scythay: haud longe a promontorio Crimora.
- S**ethis persarum est fluuius per Carmanios fluens.

- S**eurus in extremo uersus **C**iciliam brutiorum fluius est.  
**S**exus fluius est apud **M**enubam.  
**S**iborus fluius est **I**talię præstano sinui atq; oppido propinquus.  
**S**iciliensis fluius est apud **S**ogomam.  
**S**aifus fluius est p̄ **S**ax: arbitror ubi macedonũ portus & **A**lexãdri arę sũt.  
**S**igania fluius est scytharũ apud **A**gniticam regionem.  
**S**icranas fluius est iudicio meo perfarum: quom in promontorio quodam sit: ubi macedonum portus & **A**lexandri arę sunt.  
**S**idenus fluius est apud sidonos: eoq; alluit oppidum **B**alemonium.  
**S**ideus fluius est mari hircano proximus & **M**aziti fluio.  
**S**icoris fluius hispanię est: iuxta **H**erdam inter surdonum gentes effluens. Ab hoc se denotatos aiunt **S**icani: quia ide siciliam seu ausoniam priores uenere sui.  
**S**igota seu sigoton fluius est indię: ex **C**aucaso prorũpēs: & i gãgẽ fluēs.  
**S**igrada fluius est mioris asię: ex didymo fluēs mōte: & pp̄iquus marso  
**S**ilarus fluius **L**ucanię: **S**alerno ciuitati proximus: quę & ab eo creditur nuncupata.  
**S**iler **V**enetoꝝ est fluius: de montibus exiens tarusinis: & **T**aruifium ciuitatem alluit.  
**S**ilis fluius est prægrandis adeo ut ab **A**lexãdri macedonis exercitu creditus sit tanais. hunc quom scythę omnes **S**ilim uocent: bactriani soli laxatem nominant.  
**S**ilus perfarum fluius est: ex fusianis descendens montibus.  
**S**imetos fluius est **S**icilię: iuxta quem ex matris aluo **P**alisci **I**ouis filii excerpti sunt: & usq; ad tempus partus infossi: haud longe ab urbe **C**athinensi in mare effluit.  
**S**imiberus fluius est per cataoniam **C**appadociãq; decurrens.  
**S**inope fluius est symbero propinquus.  
**S**inois fluius est ex **I**da troiano defluens monte: sub **I**lione decurrens prope mare mixtus **X**anto facta palude apud sigeum promontorium in mare cadit: nobilitatus quidem carmine poetarum & gneg troiani natiuitate. Nam apud eum aiunt illum **A**nchisi **V**enerem peperisse.  
**S**ingilis hispanię fluius **A**stigitanam coloniam alluit: nauigabilis ab ea eo usq; quo **B**eti miscetur.  
**S**inneus fluius est hibernię ex lacu maximo **C**onantiam **M**omoniãq; regiones disterrnante prorumpens. Et quom inter ceteros insulę obtineat principatum: non uno contentus alueo in duas effunditur partes: quarum una uersus austrũ tendens **C**hilesonensem alluit ciuitatē: & complectit̄ **L**imericum: distinctisq; meatu duabus momoniis **B**re-danicum ingredit̄ oceanum: reliqua uero i arctoum iter arripies moediam & ultiores **V**ltonię partes a **C**onantia segregans in oceanum

- labitur boreum.
- S**innus Syrię fluius ẽ: Lyco flumini atq; oppido isso quod & Alexãdria dicitur uicinus.
- S**irapus Lucanię fluius est.
- S**irrus thracię fluius est: cadit in hebrum.
- S**iris fluius est: faucibus bosphori propinquus.
- S**irius fluius est minoris asię inter bithyniam & galaciam.
- S**irus fluius est Italię apud Brutios seu salentinos: in quo quicquid inieceris cito saxeo uestitur cortice.
- S**isius fluius est germanię in oceanum emergens.
- S**itecus fluus est Sicilię haud longe a Catina ciuitate.
- S**itrogadus fluius in sinu persico: seu persis propinquus.
- S**iurus fluius est hybernię: ex blagnię montis radicibus profluens: & p archiphiniam & tribaciã fundit: atq; apud gãcefordiã a mari suscipit
- S**lana & hic hybernię fluius ex eodem monte prorumpẽs: sed per guessefordiam cursum agens.
- S**licheius & ęquę fluius est hybernię: per chenelcunilã exiẽs regionem.
- S**oban fluius est Africę: nili pars.
- S**odinus fluius apud persas est clarus.
- S**orobin hispanię fluius est: in hebrum seu in supronem seu alterum ex alueis eius mergitur.
- S**pargetus gręcię fluius: Taumacis atq; Ippatę oppido propinquus.
- S**perchi<sup>9</sup> thessalię fluius est: cuius i faucibus thermopilay agustię sunt. in pegasum exit sinũ: ex quo argonautę colchidem petẽtes soluere nauem: huic sperchio si rediisset uouerat comas suas Achilles.
- S**pinon fluius est haud longe a Roma.
- S**tenos fluius est thracię: cui maronia adiacet regio & nemora zongę: q; Orphei citharę cantum secuta sunt.
- S**traga persarum est fluius uehementia niuium adeo congelascens: ut more solidi saxi uiam præstet euntibus.
- S**traor fluius est ex caucaso cadens citra siderim fluiũ i bircanũ mare.
- S**trimon thracię fluius est in hemo monte natus: macedoniam diuidẽs a thracia. hic i septem (ut aiunt) diffunditur lacus: atq; coarctat ripis: uel cursum dirrigat. Cuius i margib<sup>9</sup> dextero a latere thraces desalete & moedilapdes habitãt: alueo aut diggeres atq; belli mlt̄o cogit̄ gelu
- S**ubi fluius est cessaconię regionis: ubi colonia theracon a scipionibus olim condita: ut apdenis carthago.
- S**ubulus fluius ẽ occiduę africę nauigabilis atq; egregius defluẽs præter coloniam bonafam.
- S**uero fluius est hispanię: i eũ hiberi alueus: q; supranẽsis dicit̄ defluit.
- S**ura persay fluius est: cui iminet oppidũ susifmenonis (ut aiunt) opus.



**S**uria fluius p̄faz ē: & ab eo suria oppidū eidem iminēs: ubi Phasi colorum miscetur fluuio.

**S**urgis fluius est in neuēis: cuius in exitu oppidū ab eodē denominatū.

**S**uthul fluius ē numidię: a meridie trahens originem.

**T**Abfus seu Tarsus fluius ē epyrri iter Apolloniā & Dyrrachiū.

**T**ader fluius ī tarraconēsi prouintia Carthaginēsiū rigās agy.

**T**agus hispanię fluius est: aureas (ut ferunt) habens arenas: & ob id insignis plurimum: quem a Carthagine hispana cui proximus oritur denominatum quidam dicunt: quod ego non credo. huius ī marginibus segobricenses celtiberum caput Capetani atq; toletani insidēt nec a Betula longe funditur in oceanum prope Vlisippum mergitur.

**T**aigeta secundum quosdam Laconię fluius est: in quo uetusto more lacones frigore aque filios durare consueuerant.

**T**alander seu Taladrus fluius est Italię: inter heracleam & metapontū ciuitates bruciorum seu salentinorum.

**T**aliamētū fluius est Venetiārū: concordię colonię propinquus: nec ab aquilegia longe distans.

**T**amaris fluius est scytharū apud arcos populos p̄to uicinus: & (ut placet aliquibus) a tamiri Scytharum denominatus.

**T**amēsis celeberrimus britānis est fluius ab intrinsecis insulę ueniens: & in oceanum cadens: nauigiis mediterraneis incolis accomodus est.

**T**amuda fluius ē mauritanię nauigabilis: cui & tamuda oppidum fuit supra impositum.

**T**anager fluius ē Lucanię.

**T**anais Borealis est fluius ingēti cognitus fama. Nam quom a Tanao olim scytharum rege denominatus sit: ex ripheis mōtib; sub arctos prorumpens p̄cipiti cursu tendit in orientem: & postq̄ diu oberrauit: uelocitate sua pugnans ne frigoribus cogatur in glaciem: ī occidentem uertitur multas sarmatum atq; scytharū irrigans nationes: nec diu ante in meridiem mergit: q̄ a palude suscipiatur meotide: quam adeo late longeque ampliat: ut p̄grandis ab ignaris mons arbitretur sinus: quam meotici aliferni: serei: citigni: psidiani: aliiq; incolunt populi. Inde tamen cursu suo europa ab asia separata in pontum Euxinum iuxta theodosiam urbem ingredit̄. huius in ripis apud roborstos terminū aiūt itineris Alexātri macedōis aris ab eodē iposito fuisse signatū.

**T**anā fluius est Africę.

**T**anarus fluius est gallię cisalpinę: in padum tendens.

**T**anatis fluius est messię oppido pitanię propinquus.

**T**apsus fluius est Africę iuxta rusicadem.

**T**aras fluius est Adrię.

**T**arus fluius est gallię cisalpinę: ex apoenino in padum fluens.



originum iuxta eum dimicando interempto. Qui forsan is fuit: quem alii aiunt a glauco seu a taditico minoris regis filio ibidem occiso. Quidam uero quod a cedibus regum longe aliam rationem conantur ostendere: cur tybris ex albula uocitatus sit: dicentes uetustissimis temporibus atbenienses a syracusanis siculis superatos: ex quibus quom ingens multitudo captiua esset: omnis a syracusanis ad effodiendos montes & munimenta addere ciuitati exposita est: ac inde coacta ad fossam intrinsecus peragendam: quae admissio flumine repleta munitiore reddidit ciuitatem quam fossam: eo quod poena & iniuria hostium superatorum facta sit: ybrim uocauere diu. Demum quom ad Italiam transfretasset & eam partem ubi postea Roma condita est tenuisset: & usque rutulos & Ardeam quae apud poeta dictum est fines usque sicanos: Albulam fluuium ex parte una loco munimenti habentes: ut fossam apud syracusas habuerat. fluuium nomen imposuerunt: quod ante syracusanam fossam dederant: & eum addita in principio. T. uocauere tybrim. Varie quidem: sed impossibile nulla. Quae potior lectori uidebitur: illam probet. Fuerunt praeterea etiam post conditam Romam & alia quaedam fluuii nomina. Nam & ab aliquibus Rumon appellatus est: quasi ripas ruminans & extendens: & in sacris forianus a pontificibus dicebatur: & nonnulli in parte urbis illum uocauere tarentum: ad quem Valestius rusticus a familiaribus pro salute filiorum obtinenda missus est: & ara ditis patris atque proserpinae comperita obtinuit quod petebat. Sic autem uocatus est: eo quod ripas terat. Est praeterea aliquandiu nauigabilis: & potui accomodatus totus: & de eo ista sufficiant.

**T**icinus fluuius est galliae cisalpiniae ex urbano lacu procedens: adeo limpidus effluit undis: ut etiam minimi calculi intuenti profundum aluei non abscondantur. alluit etiam ticiniam: quae & papia olim nobilissima ciuitas & logobardorum regum regia. trahit praeterea (ut fertur) aureas arenas: & pisces optimos nutrit: & potissime timolos. Pado postremo miscetur: in signis clade. Cn. scipionis & hannibalis poeni prima post superatas alpes uictoria.

**T**icis fluuius est ex pyrrheneo monte ad clodianum rhodam hispanorum oppidum

**T**icinus fluuius est apud arsiis liburnorum gentes: non longe ab aquilegia.

**T**icinus fluuius est fusus a monte Prandaso: & pergamum clarissimum asiense oppidum praeterfluit.

**T**icra fluuius est hispaniae: propinquus emporiis ab hispanis graecis atque Romanis mixtim habitatis.

**T**iphernus fluuius est Italiae: Larino & ditornae oppidis propinquus: nec a Gargano monte remotus.

**T**ygris armeniae maioris fluuius toto orbe cognitus. Nam a nostris unum ex quattuor paradisi deliciarum exeuntibus affirmatur. Is tamen

secundum alios ex pa ncoatra monte e fonte conspicuo hispanię loco qui deges appellat' primo terris euomit' : nec quidem totus aut uelox: qui immo tarde effluens diligito appellat'. At quom moedorum fines attigit repentinus factus: tygris nomen assumpsit: sic enim sagittā uo lucrem moedi uocant : nec diu & cōperto aritiffa lacu cursuq; seruato uiolētus & integer atq; discolor per illum effert' adeo inamicabilis la cui: ut ex eis quos gignit piscibus nullum suscipiat : nec ex his quos ip se fert aliquem lacum intrare permittit: quē postq̄ preterit factō tau ro monte obuio antro montis immergit' : & per latebras merfūm ī ad uersam partem uluas & purgamenta plurima secū trābēs effunditur apud lacum: qui Zoranda seu zomada appellatur omnia demersa fe rens: factusq; itez fluuius lacum cui tepidis nomē ē: transiens ī cunicu los mergitur iterato: & postq̄ .xxv. mil. pa. occultus excurrit: tertio red ditur terris in regione sophen circa nympeū: adeo propinquus arfa nię fluuiō ī regione artheni: ut quom quacūq; ex causa itumuerint ser uatis sibi quisq; undis suis cōfluant una: cuius rei testimonium lenior Arfanię cursus est: qui mox diuisus ī Euphratem iter dirrigit relicto tygri. Qui susceptis ex armenia claris fluminibus: parthenios: agnicel phoriones: arabas oreos : adiabenesq; disiungit: & (ut asserunt aliqui) Niniuem in partes diuidit: & Mesopothamiā faciens lustratis radici bus montium Coridriorum circa Apamiam: Seleuciam: atq; babylo niam. xxv. mil. pa. in alueos diuisus duos funditur: quoz unus quē me ridiensem uocant Seleuciā atq; messenem alluit. Alter autē in septen trionē uersus cāpos caucasi irrigat: & ubi ī unū rediere alueū tygris di ctus est. Idaspem nobilissimum flumen recipit: atq; coaspē ex moedia Inde inter seleuciā & caldiacos lacus descendit: quos una secum auget Euleus fluuius: eosq; dicunt aliqui Euphratis hostia. Verū quom hos lx. mil passibus ampliauit: uasto effusus alueo dextra Carnicis oppidi persicum ī mare deferē: nec uno tamē hostio sed pluribus miscet' ei dem. Nam uni dicit' artoch: alteri suffiane: tertio septentrionali bar betasse insidet oppidū. Alii uero dicunt hunc Rubro infundi mari.

**T**imatus fluuius est Mesię: in quem solum aiunt lapidem quē toticulū appellant reperiri.

**T**imauus Venetorum fluuius est: Concordię atq; Tergestę oppidis pro ximus. Ex mōte quidē grandi per nouem ora effusus amplissimū āte alia fontē facit: ex quo uno tandē exiens alueo ī adriaticū fundit' mare in sinu Tergestino. Fuere tamē qui putauere hunc fluuium apud an tenoridas esse: & ex Euganeo monte fundi: quod falsum est.

**T**imbra fluuius est troianus in Sangariū flumē exiēs: penes quē tēplū erat Apollinis: qui & Timbreus a flumine denominatus est Verum alibi dicitur a tymbra herba: qua locus abundans est. In hoc templo p

insidias a paride achilles occisus est.

**T**ipnis fluius est occensi ciuitati propinquus.

**T**ira fluius est macrocenis montibus propinquus: oppidum eiusdem nominis in ripis habens: non amplius longe a Seudolcomo histri bo/ stio. c. xxx mil. pas.

**T**yrus fluius Lyburnorum est: Iadrę colonię propinquus.

**T**irus fluius est armenię. Ego puto quę supra Cyrum diximus: eo q̄ proximum Cambisi dicant esse. Sed in byrcania & scythia illi sunt.

**T**itanus fluius est messię: a quo & ciuitas denominata est.

**T**itarefus fluius est in peneum fluium efluens: nec recipit̄ tamē. hūc supra Orcon uocauimus: & quia ibidem de eo & post hęc ubi de pe/ neo dictum est sufficit.

**T**ogifonus fluius est Venetorum: ex agris patauorū ī paludes quas pa/ dus & athesis fecere effluens: apud brundulū ī adriaticū mixtus cadit.

**T**obus fluius e caucaso monte ruit: & per suauos defluit.

**T**onat Sabeorum est fluius.

**T**orius al' Torin fluius est: hispanię Valētię sagūtoq; propinquus. ¶

**T**ormaidon Sicilię fluius est.

**T**ormeniū fluius est nauigabilis: circa quę parirę & iothiphagi deinde sunt haud longe ab Alexandria: quam alexandri macedonis iussu con/ stituit leōnatus.

**T**ragodites fluius est egypti: Arsicen ciuitatem praeterfluit: quę ptole/ męus philadelphus a se ptolemęū appellari iussit.

**T**arsimēnus Lydię fluius est.

**T**rebia alias treuia fluius est gallię cisalpinę haud longe a placentia ci/ uitate ex apoenino in padum fluens: nobilitatus secunda uictoria han/ nibalis poeni & clade. l. sempronii consulis.

**T**riopolo qui & assolus fluius est iuxta albomagarensum.

**T**ripolis fluius est: cui fociatea oppidum proximum: & tripolis superē minet castellum.

**T**risforcas fluius ē colchoꝝ apd' basiles: & Senastopoli castello pp̄iquus.

**T**ritinobelunte fluius ē Cantabrorū: deuales cingens & decium.

**T**riton fluius ē africę ad philenorum aras ex palude uasta cui & triton nomen est: memorabilis aduentu primo in terras Minerę: ut incolę ueteres credere.

**T**riton fluius est alter a superiori: secundum quosdam in campis nasci/ tur Dardaniis: & in egeum effluit mare.

**T**ruentus fluius est in adriatico littore hodię picenos separens ab apru/ tinis: cui esculum oppidū supereminet: & firmum picenū pp̄iquus est

**T**ubero fluius ē per deserta egyptię iter cineres pulueresq; poti⁹ q̄ ri/ pas solidas in rubrum effunditur mare.

*Hic fluius noster est q̄ vltimū dicitur*

- T**ucia fluius est non amplius.vi.mil. pas.ab urbe distans.
- T**urbidus egypti fluius est: ab egyptiis segregans philistinos.
- T**uria fluius est hispaniæ: Valentiam paruo interuallo præterfluens & in supronensem biberi sinum decidit.
- T**usca fluius est numidiæ:haud longe ab hippone regione.
- V**ada fluius est Mauritanie citra montes: quibus septem fratres nomen est: cui Rusigada & Siga paruæ urbes propinque: & portus cui ab amplitudine magnus cognomen est.
- V**aldasus fluius est Pannonie non ignobilis: in danubium fluens.
- V**allus phrygie fluius est.
- V**andalicus fluius est ab extremis erumpens gallie: a quo denominati sunt Vandali populi in ripis habitantes eiusdem.
- V**arianus Venetorum est fluius: & labitur apud Anaxum.
- V**arraga fluius: cuius babylonii margines incolunt: cadens in uarrogam.
- V**arroga & hic babyloniorum fluius.
- V**arus fluius est grandis: ex alpibus fluens ultra niceam: galliam transalpinam a cisalpina separans uetustissimus Italiæ terminus.
- V**aterus fluius est apud Cappadocas: Claricie oppido propinquus.
- V**arisius fluius est apud foroiulenses.
- V**aternus fluius ex agro fori corneliensis in padum defluens: quem hodie arbitror lanternum uulgo uocent.
- V**duba fluius est hispanie in regione lergaonum: propinquus Saguto oppido: fide integra in Romanos socios clarissimo.
- V**ebar fluius est apud extremas Indorum syluas: que penes nascuntur elephantes plurimi.
- V**elo fluius est celticus cognominatus apud Celtas: & promontorio celtico propinquus.
- V**estigia fluius est: in extremis Italiæ uersus Siciliam: haud longe ab eo loco ubi iam dudum Caulon oppidum fuit.
- V**fens fluius est gallie cisalpine: iter que & atthesim fluium hisenones habitauere: qui Romanos apud alliam expugnauere: qui ex alpibus cadens fluit in padum.
- V**fens alter a superiori fluius est uolscoꝝ: haud longe a terracia in tyrrhenum defluens.
- V**irdus fluius circa Augustam fluens.
- V**irdis fluius a picanatibus diuidens aprutinos: & in truētū cadens: memorabilis eo quod eius in ripa que ad picanates uersa est iussu clementis pontificis summi: ossa olim Manfredi regis Sicilie: que secus Calorē Beneuenti fluiū sepulta erant: absque ullo funebri officio deiecta fuerunt a cōsentino consule: eo quod fidelium cōmuniōe priuatus occubuerit.
- V**irbi fluius est Laconū: apud que sunt que dicuntur hippolytū eque tractū arte

- esculapii medici i uita reuocatu: & ob id p<sup>o</sup>modu uirbiu a flue noiatu  
**V**ifera fluuius est germanie.  
**V**iscilia seu Vinculus uel Vistilia fluuius est germanie: & Dacis propi-  
 quus tendit in oceanum.  
**V**ulens Dyrrbachii fluuius est: ex quo dyrrbachio ministrantur aque.  
**V**umber fluuius est grandis albania a loegria diuidens: sic nominatus ab  
 Umbero quodam in eum lochrini iussu deiecto.  
**V**mbro fluuius est tuscie nauigabilis iter uadas uoliternas & populonia  
 be truscoru uetustissima ciuitate i tyrrhenum effluens.  
**V**ogesus fluuius est Lingonensium ripas corrodens.  
**V**onianus fluuius est Italię: adrię colonie Aputine propinquus.  
**V**rbanus fluuius e panonie no ignobil i danubiū flues haud lōge a taurio  
**V**rgis fluuius est germanie clarus: & in oceanum fluens.  
**V**sariensis fluuius est haud longe ab ansaga atq; Nabale.  
**V**ulturnus fluuius est in samio oriens: & rapidissimo cursu uoluens saxa  
 per cāpania labitur: Capuaq; olim potētissimam ciuitatem alluit: & in  
 tyrrhenum haud longe a cumis mergitur.  
**X** Ant<sup>o</sup> que scribūt xāth<sup>o</sup> auctores fluuius est ex ida mōte sec<sup>o</sup> ilionē  
 defluēs: longe maior fama q̄ undis. hūc icolę uocauere Camādę q.  
 Symeoti iūctus facta palude quā palecamādę dicūt i ppōtidē fūdit.  
**X**anthus alter a superiori fluuius est p Lycia flues: a quo & ciuitas noiatā  
**Z** Arotis fluuius est persay: cui propinqui sunt disimontani popu-  
 li bitumē arte pficiētes: i pscū aut sinū exit hostio ipitis difficili  
**Z**elia fluuius e propinquus Lampfaco oppido: quod ate pituissa dictū  
 est: insigne incola Priapo.  
**Z**itas fluuius e thracie Dionysiopolim crimos ante dictā alluens.  
**Z**obetis fluuius est byrcanie: i qua nemus est ubrosum altissimis arbori-  
 bus: & i eois orit<sup>o</sup> suis undis pinguetaciēs solū. Qui postq̄ aliq̄ diu iter  
 fecit: iterueniente saxo i partes diuinit duas eque dispensatis aquis: &  
 p̄ceps iter saxa cautelsq; ualliū discurrens terrā subit: & .ccc. stadiis oc-  
 cultus elabit: & q̄si ex fonte nouo prūpēs iterū exit in terras: nec diu  
 & in Ridagium fluuium cadit: & q̄ idem esset qui & superior: Alexā-  
 der Macedo experientia patefecit. Nam quom iussisset i superiorem  
 cauernā duorū cadauera proiici: ab his quos p̄miserat: ad exitū emis-  
 sa fuisse compertum est.  
**Z**onus septentrionalis est fluuius: cui attiaci & Amarbi & Isani populi  
 propinqui sunt.

Finis.





De Stagnis & Paludibus eiusdē tractatus alius.

**E**tsi nonnunq̄ e stagnis atq; paludibus oriri flumina seu effluere testentur monumenta maiorum : ut plurimum tamen ex undationib⁹ eaz; stagna paludesq; fieri certissimum est. Quā obrem postq̄ expediuimus quē de fluminibus dicēda uenerūt

De stagnis & paludibus congrue describemus. Sane quia aliqui putauere paludem & stagnū idem: eo q̄ indifferenter unum ponat̄ pro reliquo: & persepe p̄ lacu: & qd̄ longe inconuenientius est a poetis largaeis concessa licentia pro flumine: quos etiam nonnunq̄ qui soluto scripsere stilo ampliatis sibi legū fimbriis imitati sūt. Anteq̄ ad ulteriora progrediamur: idē paludem stagnūq; non esse mōstrandū ratū sum. Palus igitur aquarum quēdā lata conuentio est: ut sepius altitudine carens: sese ultra citraq; mouens: prout & ipse qui fecit fluuius quacūq; ex causa minuitur uel augetur: quas ut plurimum in mediterraneis atq; depressis locis fluuiorū exuberatione fieri conspiciamus. Stagna autem inertes sunt aque: quē a stando sibi nomē occupauere: quē nusq̄ alibi q̄ secus maris littora uidemus impleri ḡstu maris obstante: & i cōtrariū nitente: ne fluuius in se totis uiribus effluens ingredi possit libere: ex quo aduenientes aquae continuo ut ripas excedant: & in depressiora loca si sint amaris imixtē absq; regressu contendant necesse est & ociosē consistant: & cum sint simplices aque paludū: stagnorum marinis imixtē sunt semper. Alunt paludes quos secum effert fluuius genitor pisces: stagna iniectos unda marinos nutriūt. Putrescunt stagna sepiissime: cum raro paludes: & esto ambo nebulas aurasq; exhalent pestiferas: lēper stagna letiferas: adeo ut satis pateat aliq̄do apud paludes seu saltem apud aliquas tollerabiliorem aerē esse: cum apud stagna nūq̄. Et ideo circa fluuiorum fauces tetri pallentisq; coloris incolas & aduersa infectos ualitudine semper cernimus. Quid uerbis immoror? Profecto non idem sunt. Sed quia ferē eodem gignuntur modo: & pro eisdē habentur opinione uulgata. A consueto alphabeti ordine non deuiantes: eo p̄stante: qui undis imperat atq; uentis inuicem tractabimus de ambobus: et ab Acherusia palude quē plus ceteris profunditatis habere uidetur sumemus initium.

**A**cherusia campaniē palus est: p̄legis cāmpis cumisq; euboicis propinqua: quam ego puto ab exundatione fluminis acerarum initium sumere: & Imbribus aucta cum unde effluāt non sit inter Capuam & Auersam ciuitates perpatētia plana usq; prope cumas diffundi: & inde acherusia nominata. Aestate tamē arefcit: cum hyeme abundātissima sit a quarū. Hanc sunt qui fabulose

dicant in stygias paludes diffundi: & ab Acheronte fluuio acherusiam nuncupari.

**A**mbratia palus est achaie: ut aiunt aliqui.

**A**rtiminia stagnum dicitur minoris asie olim pomisio monti propinquo: atque iuxta miletopolim ciuitate: ex quo aiunt effluere Erandacum fluuium licum antea nominatum: asiam bithiniamque disterminantem.

**A**sia palus est (ut quidam dicunt) Lydie: castro propinqua flumini: circa quam inter alias aquaticas aues grues plurimę conuersantur.

**A**uerigum stagnum est regionis Aueringę: & ab ea denominatum: de quo mirabile quoddam scripsere priores: asserunt autem quod si contingat aliquem per stagnum naue uectum aliquid ignominiosum in stagnum dicere: repente stagni aquas turbari: quasi indignantes: & tanta tempestate moueri: ut demergatur atque periclitetur qui oblocutus fuerat necesse sit.

**B**istonium stagnum est thracie inter sperchium promontorium & Maroniam regionem: a quo & Bistones thraces appellati sunt: prope quę illi est Albera ciuitas: fuitque oppidum ingens tyrida Diomedis regia: apud quam consueuerat hospites dare aequis in cibum.

**B**obridia stagnum est grece.

**B**oben seu Beben palus est grece: & ut satis percipi potest cum cercinio ciuitati propinqua sit: eam Macedonie proximam esse.

**C**amandrum seu palecamandrum stagnum est troadis: haud longe ab Ilione: secus acheorum portum: quod quidem faciunt Xantus & Symois flumina ab Ida uenientia atque illud argentia.

**C**amerina palus est Sicilie Syraculis propinqua: quę ante hesperia dicta est: quę quum deficcata semel accolis pestilentiam iniecisset: consultus Apollo an eam penitus auferrent prohibuit. Qui quum neglexissent: esto exhausta palude peste careret: ex ea tamen parte oppidi quę tuta atque palustribus esse consueuerat: ab hostibus captum est: & sic non obedientes penas dedere.

**C**aprea palus haud longe a roma est: apud quam concionante romulo romanorum rege exorta tempestate a patribus occisus est: & in eadem deiectus.

**C**aralites asie palus est inter campos idensium & caularem amnem atque mandrapum ciuitatem torpens.

**C**endebera palus est syrie: quam nonnulli candeas: haec sub radicibus carmeli montis ptholomaidi claudii cesaris colonie propinqua quiescit emittens bellum fluuium.

- C**elauniuꝝ quod celonium quidam uocant stagnum est siciliae fetido odore amouens proximantes.
- C**iane sicilię stagnum est nō longe a syracusis: hoc nympham Cyanem Proserpineꝝ sociam finxere poetę: quę quum uellet rapineꝝ Plutonis obfistere: & spreta nequiret lachrymans in stagnum uersa est.
- C**ipbisis argiuoruꝝ stagnum est: Illi ciuitati. propinquum.
- C**rines secundum quosdam palus est: a qua & apollo quia ibidem colatur denominatus est.
- C**umerię paludes ultra taurorum sunt clustra.

- D**eultum stagnum quod ante deulonium dicebatur in regione ascithe est risasto flumini atq; ameldefo & phinopoli oppidis bosphoro propinquum.
- D**ianeꝝ stagnum apud scythas ē: quod penes diana colitur: a qua denominatur: quum & ipsa a scythis scythica nuncupetur.

**E**liae paludes sunt in calabria haud longe a palinuro: quibus inest uelia oppidum ab eis. v. superaddita nominatum.

**F**Iden apud indos stagnum est: Cuius in aquis quātuncūq; leue sit nil natat: sed mergitur omne.

**G**Andis: palus est apud scythas callipidas: ex qua byppānus fluius egreditur. Quamobrem incolę matrem fluminis paludem uocant.

**G**elonium stagnum est ferens: ut sibi quenq; fieri proximum non permittat.

**G**enaseret est galilaę stagnum in tribu zabulon: cui superinsidet magdalum oppidum Marię magdaleneꝝ. hoc supra lacum diximus.

**G**igeum stagnum est misię: in latere moli montis: propinquum pactolo flumini: & lidię ciuitati.

**G**lanes tuscię palus est sub clusio ciuitate: quam supra fluuium diximus & ibi plene de eo.

**G**uferi stagnum est britannię a gulfero denominatū rege: ea in parte qua in galliaz itur: in quo quū permittuntur piscari qui uolūt pisciuꝝ abundantissimum est: si arceatur confestim succedit penuria.

**I**rie stagnū est: quod & lacuꝝ aliqui nominant. Ex quo talē ueteres relinquere fabulā Iriem mulierem fuisse dicunt: & cycni matrem: quę quum uidisset filium in auem sui nominis transformatum: adeo tulit egre: ut flendo & ipsa in stagnū sui nominis mutata sit: & sic filiuꝝ suis oblectat undis.

**L** Angelinum stagnum est bybernię denominatum ab altero filio  
rum Batolauī filii Serę de stirpe aipheth primi habitatoris insu  
le: cui nomen fuit languinus.

**L**acerna stagnum est prouintię narbonensis in agro nemusensium: i quo  
olim mirabilis annua piscatio uideri consueuit. Aiunt quideꝫ in eo del  
phines quasi ex composito societate cum hominibus fetam piscari. Nā  
quum in numerā uis mugilum in stagnū alatur: & statuto tempore ut  
in eos natura docet expectata ęstus maris reciprocatione: arctū stagni  
hostium conentur exire: retibus non potest ponderosę multitudini ob  
uiari: quum exeuntibus etiam reciprocuꝫ faueat mare. Sed adsunt op  
portune piscatoribꝫ fautores delphines. In tēpore igit exitus mugilū a pi  
scatoribus cognito ad spectaculum tam pulchri certaminis omnis ci  
uitatis multitudo concurrir: & obturato quibꝫ possunt hostio expectāt  
mugilū motum: quos quū uident ad exitū preparari: clamore ingenti  
sublato symo symo uocat multitudo omnis. Vex delphines ex alto si  
faueat aquilo confestim audiunt. Si uero auster paululum tardius cla  
mitantium uoces suscipiunt: & euestigio acie facta in conspectu hostii  
stagni ueniunt: non aliter q̄ si progrediantur in bellum. q̄bus uisis sta  
tim territi consistunt mugiles. Tunc piscatores retia iactant: furcisque  
suppositis adiuuant: quibus impediri delphines non curant: transeū  
tesq; nonnunq̄ aliqui obstacula a piscatoribus apposita hostio adeo sen  
sim inter naues piscantium enatant: ut in nibilo quenq̄ ledant. & si cō  
tigat ipetu mugilū ab aliquibus (ut fit) saltu transilire retia: a delphinis  
interimuntur & illico sola tunc talium occisione contenti eis omnis  
sis ad officium redeunt: donec inter retia mugilum multitudo omnis  
trepida a piscatoribus capiatur. Quo pacto nil amplius ea die q̄ quos  
occiderint mugiles in cibum capiunt. Piscatores aut ne suo fraudēt del  
phines labore: illos aut piscium aut intritu panis & uini faciūt cōrētos

**L**aurentia palus est iuxta alpes sub uestulo ligurię monte.

**L**erna arcadię fuit palus poetarum nobilitata carminibus: hanc hydram  
septem habentem capita finxere poetę: & ex dānis multiplicantiē suis  
& igne postremo ab hercule interemptam. Quod ego pestiferum fuis  
se stagnum intelligo: hydra dictum: eo q̄ hydros graece aqua latine  
sit: quod auferre uolentes: contigebat q̄ uno obturato hostio scaturigies  
exoriebantur plurimę. Verum comperto meatu aquarum principali:  
eo q̄ deuolutionem alibi deficcato stagnum seu paludem illam pesti  
feram abstulere.

**L**icina stagnum est gręcie inter argos thebasq;.

**L**ilingua stagnum est in confinio galliarum siue Cambrię sabio flumini  
propinquum. Hoc ęstus maris ingentes in modum uoraginis suscipit  
atq; absorbet: & mirabile dictu quantuocunq; maris ingurgitet. Solitos

tñ in margines non excedit: demum reciprocate mari susceptas euomit undas: ripasq; omnes aspergit regitq; & quod longe mirabile est: dum asperionem illam euomens facit: si quenq; in se conuersum aspexerit: uix euadit: & perraro contigit aspersus: quin tractus submergatur a stagno: in quem qui terga detinent uersa: etiam si infundantur omnes ab omni periculo sunt immunes.

**L**umonoï stagnum est ingens: in quo .xl. dicunt reperiri insule: quum totidem suscipiat flumina: nec est ex illis aliqua absq; praecaesa rupe: in qua nidificatur aquila: & sic quot insule tot aquilarum nidi sunt: igēti clamore cuncta complentes.

**M**egisba stagnum est in insula taprobanes magnitudine iclytū ambitus quiduem .ccc. lxx. m. p. insulas in se continēs plures pingui pabulo lotas. Ex eo duo erumpunt flumina Palesmundus b. l. & Cydara in mare fluentia.

**M**elsiagum palus est apud germanos celeberrima magnitudine.

**M**eotis palus est: ingenti fama cognita & magnitudine memorabilis ē Haec quidem apud scythas habet ambitus: ut quidam ferunt. dcc. m. pa. quum nusq; sex pedum altitudine superet. Causatur a tanai ab aquilone ueniente: quem iuxta theodosiam urbem ponto concedit: gelu autem premitur acri: adeo ut durante glacie iter facile transmeantibus p̄stet. Eius incolunt margines meotidi populi: a quibus & ipsa nomen sortita est. Præterea & aliferni serei & q̄ plures.

**M**etia grandis est germaniae palus.

**M**inturna palus proxima est minturnis in campania: a qua denotata ē insignis quidem. C. Marii fuga. Nam fugitiuus ex ea coeno per litus ab insequentibus Syllanis militibus in aridam tractus est.

**M**urais stagnum est Arturi britonum regis uictoria clarum: aiunt enim scotos pictos atq; hybernienfes ab eodem in hoc stagno obsessos in ditionem coactos.

**M**areotis palus est apud quam uuę nascuntur albę famosę a loco mareo tides appellatę.

**N**ibul stagnum est inferioris mauritaniae: haud longe ab oceano quod alii lacum dicunt: in quo alabethe pisces coratini: siluri: atq; crocodilli inueniuntur: qui quum nusq; præter in nilo reperiantur: & eo q̄ obseruatum sit squalentibus mauritaniae niuib; hoc stagnum & inde nilum excrescere: creditur est stagnum istud nili caput existere.

**P**adusa cisalpinę gallię palus est a pado flumine: ut satis sonat denominata: esto sint qui illam dicant fluuium: ut supra dictum est:

- quod ego nomen puto unicuique paludi a pado facte dicendum: quae multiplices sunt: ut praetactum est.
- P**aliscorum stagnum est in Sicilia sulphurei odoris infectum: apud hoc aiunt ueteres ex Ioue & aetna genitos natos fuisse paliscos: & ab eis denominatum uolunt. Nam apud hoc detestabili ritu suo illos per sancte coluere priores deos existimantes.
- P**ergaseum stagnum est minoris Asiae haud longe ab amne Caystro: ex quo dicunt phiritem fluuium exundare.
- P**etrensi aiunt esse stagnum mirae uirtutis. Nam quum hominibus salubre sit: serpentibus dicunt esse letiferum.
- P**ontina Palus est apud uolscos: est autem longe a terracina penes Appii fori memorabilis ob impedimentum a se Nerone Caesari datum. Fuerat huic animus subterraneum atque nauigabilem meatum a Meseno romam deducere: quae quum usque ad pontinas paludes deduxissent fossos: & in montium saxea fundamenta penetrassent: & cursus fluminum labentium desuper praeteriissent: a putri paludis solo nec fossuram patienti morati sunt. Et sic quod xl. m. pass. & amplius processerat opus omissum. Sunt tamen qui dicant dispositum Neronem muris & tornicibus paludis solubile solum superare: nisi cura maior & inde mors retraxisset in aliud.
- R**apbarum stagnum est apud Lydiam: in quo aiunt a piscatoribus nullos praeter nigros capi pisces.
- R**eatina palus est Italiae: & qua in parte nomen ostendit: Huius in exitu aiunt excrescere saxa aquis aliam proprietatem superaddentes: quae earum suffragio durentur ungulae iumentorum.
- R**uturgium stagnum est hyberniae: cui bartalami ferunt filii de stirpe iapheth primi insulae habitatoris Rutugus filius a se nomen imposuit.
- S**alpina palus a salpi ciuitate amoris Hannibalis poeni indice dicta est: quum eidem in campis apuliae propinqua sit.
- S**amacenitides palus est Syriae: cui superposita est ciuitas asorith.
- S**atura palus est Italiae: inter antium olim uolscorum nobilem ciuitatem & circeum montem: quam alii transmutatis primis duabus litteris Asturam uocant: & ab ea oppidum Asturaz mari imminens clarum coradini suuii captiuitate: ab Antio non amplius .x. m. p. distans.
- S**eptem maria seu paludes seu stagna uel adriatico proxima sunt littori: tam a pado atque aliis superuenientibus fluminibus: et a nonnumquam estuante mari facta atque perpetua sunt plurimum telluris occupantia: sic nuncupata: quia iamdudum in septem grandia erant stagna distincta. Hodie uero & si aliquas distinctiones habeant: magis tamen (ut locorum testantur incolae) uidentur annexa. Sunt tamen qui dicant non solum de his: quae littori fere iuncta sunt ab antiquis septem maria dictae

uerum de quibuscunq; paludibus a pado uel ab aliis fluminibus in partibus illis factis: eo q̄ adeo ingentes fuerunt: ut maria uiderentur: Ex quibus tres circa padum fuere: ut puta quae uersus mutinam occupat omnia: quae uersus Bononiam & imolam: & quae rauennam circueunt omnem. Sic & iter hostia padi ingens fuit quarta. Reliquae uero tres ultra padum omnes usq; fere patauium contingentes. In his aut̄ quae littori proximiores sunt: quarundam ciuitatum existentibus a quibus claris ostendunt̄ uestigia: et potissime adriae tuscorum coloniae: & a qua adriaticus denominatus ē sinus: cuius rei causaz aliqui dicunt solum in partibus illis terrę motu depressū: superficie non mutata: & a qua inde omnia occupasse: quod ego non credo. Alii uolunt multis in saeculis euomentibus assidue marinis aquis arenas littus in sublime deductū in aliquibus orbis locis. & ibi potissime: & sic aquarum exitum impeditum: & ab eis de necessitate loca humilia occupata. Nec defunt dicentibus ad roborandam opinionem suam uera aut uerisimilia argumenta: quae & si recitasse presentis intenti non sit: in fidem tamen trabor eorū: quum ex his multa pateant intuenti.

**S**idan sunt qui dicant apud indos stagnum esse: in quo nil p̄nitus innatet: sed immissa omnia sorbeantur.

**S**taleobith stagnum est meoniae in asia: quo in loco uidentur esse qui uelint quasdam iadudum fuisse ciuitates: uidelicet Daphnim Hermestā & sipilum: quod ātea tantalis uocabatur meonię caput: & seu motu terre uel alio dei iudicio absortę sunt: stagno tamen reliquere locum.

**S**tyx palus est africae propinqua Sieni ciuitati circa extrema egypti uersus ethyopas: quam aiunt limosam plurimum & papiris esse refertam: ad eo ut difficillimum sit ad insulam quam circuit nomine bathos transire. Hanc enim stygem uocant quod tristitia sonat: eo q̄ ob difficultatem suam periculum: & inde tristitiam transeuntibus afferat.

**S**tyx palus est apud inferos poetarum carminibus inclyta. Hanc ditem infernoz ciuitatē circūdare dicunt: nec ī merito. Qui enī ibi p̄nam luit absq; spe ueniae aut leuioris poenae in perpetuam perseverant tristitiā per hanc superos iurare dicebant ueteres: quasi per tristitiam gloriosis aduersam.

**S**trimon palus thraciae.

**S**ueuia palus est Germanię magnitudine inclyta.

**T**iraca siciliae palus est proxima Syrracufis.

**T**riton palus est africae supra sinum syrtium: haud longe ab aris phileuornm: uasta marginum amplitudine circundata: ex tritone fluie edita: quem ipsa a meridie uenientem suscipit: & ab eo denominata est. Celebris quidem plurimum est apparitione Mineruae textricis: quaz apud eam primum in terris uisam aiunt: eamque Tritoniam a palude

nūcupatam arbitratī sunt: penes quam diu ueteres ludicris uirginum  
interesse decertantium annis singulis ea in die in qua primo uisa est  
tanq̄ natalem sibi celebrantes fidem fabulae fecere.

**T**riton palus est altera a superiori in thracia: forsan a tritone dardaniōrū  
flumine deriuata: in qua aiunt si quis se merferit uertit̄ in auem.

**V**elia palus est italiae apud calabros: non longe a palinuro: elia olim  
dicta: & ab ea elia ciuitas ei superapposita. Verum addita. u. & pa  
lus: & ciuitas uelia dicta est.

**V**olcorum stagna sunt galliae: inter rhodani hostia & ledum flumen.

Hic finis Paludum & stagnorum.



## De diuersis nominibus maris.

**M**odica laboris assumpti particula superest: ut .s. postquam montes: fontes: lacus: flumina: paludes: & stagna descripsimus: tot a quarum patrem atq; hospitem per sua secundum locorum diuersitates uocabula: quibus antiquitas usa est etiam describamus: ne forte quod exundatum flumen in oceanum atlanticum diximus: in eum rudis nouitas perscrutetur: quinimmo plagis & nominibus annotatis immixtionum loca quasi presens aduertat. Eo igitur prouiso cuius est mare & ipse fecit illud: alphabeti morem consuetum seruantes sinuum & maris diuersa nomina tam mediterranei quam exteri apponemus. Esto ut plurimum ab insulis prouinciis & ciuitatibus quibus adiacent sibi maria sumant agnomina. Et quod unum est dato prouiso raro ab aliquibus accidentibus multis nominibus nuncupatur. Nos autem ante alia de mari achaico uideamus.

**A**chaicum mare id est: quod Achaiae graecorum prouinciae adiacet: pars quidem secundum quosdam Ionii maris est: eo quod illud contingat eis in partibus: quibus achaia meridiem & occidentem spectat.

**A**cheoum limen sinus est maris: tam graecorum gloria quam ilionis excidio satis insignis. Hic enim apud troadem incuruans littora sibi super iminentem habet ilionem: sic nominatus: eo quod ibi omnis acheorum classis bello permanente hospitata sit: fuit praeterea in eo sigeum oppidum: Sigeo promontorio impositum Acheorum statio: & Scamander atque Simois ab ida uenientia flumina in eum cadunt.

**A**driaticum mare longissimus sinus est: & a dextris intrantibus portuosus plurimum: a sinistris autem non sic. Incipit enim a ceraunis montibus epyrri & parthenos darsaretosque: atque paulantos encelas ac pheaces & inde illyrios: pyrreos: liburnos & bystros in sinum usque polaticum littoribus alluens. Post hos autem & uenetos & in altinum usque extremum sui impetus impellens: inde littus oppositum primo linquit Anthenoridas: & inde circa Padi hostia cisalpinos alluit gallos: picennates Frentanos: Daunos: Apulos: Calabros: atque salentinos: Italos omnes circa quos eius ambitus terminatur. Et quum sibi plura sint nomina de quibus suo loco quum fiet mentio ostendet. Adriaticus: quod eius principium atque antiquissimum nomen est: ab Adria tuscorum ciuitate uetustissimorum: quae eius olim fuit in littore sortitus est.

**A**fricum mare est ab africa prouincia: cuius alluit littora denominatum. Quod autem incipit a promontorio metagono: quod mundi & maris est finis: & in orientem tendens: non ante finem facit quam ad oras usque

- perueniat philenorum: & in eo sinus aliqui & promontoria memora-  
tu digna. Est autem sardo: siculo: ionioq; mari conterminum.
- A**lmachium mare uocatur ea oceani pars sub arctoo quae a scythib; deno-  
minata est. Apud quam parapanis? scytharum fluius effluit. Hoc Ci-  
bri: haud longe stantes populi mormorusam uocant: & cum superiori  
nomine congelatum significetur: hoc mare mortuum designatum.
- A**mazonum mare uolunt quidam eam euxinii maris partem: quam oli  
ab amazonibus contermina colchis seu emochis occupata est: cui imi-  
nens temiscurum aiunt fuisse oppidum: & amazonia castra. Alii cali-  
bum nomine signatum hoc littus uolunt: & atabarenis finitum: quos  
inter & calibes secundum alios amazonum continetur.
- A**mbrachius sinus i epyro est adriatici maris pars: seu potius eidem co-  
terminus: ab Ambrachia ciuitate cui subiacet denominatus. Hic fauci-  
bus non amplius. m. p. apertis amplissimum suscipit mare. Cuius i cir-  
cuitu actium argi amphilocheis: & ipsa ambrachia olim gacidarum re-  
gia: & post hanc pyrri regis Bitroton montesq; cerauni sunt: quib;  
terminatur.
- A**rabicum mare duplex in mediterraneo parui tractus unum est. Aliud  
uero apud rubri maris littus extenditur spacio ampliori: quod in medi-  
terraneo est: a pelusio aegyptiorum oppido sumit initium: & in orien-  
tem tendens: & demum se uersus syriacum littus flectens a palestiniis po-  
pulis terminatur azotum habens portum mercium suarum empori;  
Quod autem rubro iminet mari: eam bicipitis rubri maris partes suo  
ascribit nomini: quae occiduo proximior est: & ex opposito ab aegyptiis  
occupata: & ide se i eoum uertente sinus: qui a persis denominatus est:  
Omne littus occupant usq; in profundiore eam progressum: quum  
quicquid terrae hos inter duos sinus est: arabia nuncupetur: cinami ibu-  
ris: aliorūq; odoramentorum feracissima. Ex qua sabei maximam hostioq;  
sinus propinquiore partem incolunt habentem ab ea plaga: quae in-  
trantibus dextra est urbes claras: utpote Chariam Arabiam & Cadi-  
nū. Ex altera uero sunt ab extremo incipientes sinu beronices inter hie-  
ropoliticum & strobilum. Deinde inter promontoria moerotenon &  
collaca philotheris est & pionialis & ulterius arsenoe atq; alia beronices  
postq; ea sylua est: quae hebenum odoresq; gignit. Inde ultra fluius ma-  
nufactum aliquantis per deserta infestantibus feris loca: Cuius tamen  
partem Panchai incolunt & ophiophagi a comedendis serpentib; no-  
minati. Fuere insuper & pigmei ppinqui: contra grues oli pro frugi-  
bus dimicantes. inde promontorium est arabicum sinum dirimens ab  
gthyopico oceano. Plures praetea in hoc sinu sunt insulae. Sed inter ce-  
teras quae Sithegeris dicitur clarior: eo q; ibi sepulchrum sit Eritrae  
regis: a quo & sinus a grecis eritretalasson appellatur. i. mare eritrae

hunc finum arabicum nonnuq̄ in mediterraneū usque mare deducere alueo manufacto egyptii cogitauere reges: & territi ne a quarū multitudine oppleret omnia: destitere.

**A**siaticum mare: & hoc duplex est: Id nanq; unum quod a mediterraneo alluitur asia pelago. Reliquum quod ab oceano. Et quoniā multa maria continet unū quodq; de quibus ut ordo sumptus p̄stabit: sigillatim dicemus nominatim per ea discurrisse sufficiat. Incipit ergo in mediterraneo sinu asiatici maris terminus a Canopo Nili hostio cyrenis cōtermino: ubi & egyptium mare: inde arabicum: de quo proximo dictū est. Inde syriacum: cui cilicum sequitur: & huic pamphilium: & licium demum: atq; icareum & ionium. Inde eolium seu misium: & post haec belespontum atq; propontidem. Inde bosphorum thracium & paphlagonium littus: cui & iuncti calibes: quos amazonium sequitur mare: & inde tabarenum & colchidum atq; bosphorum chimericum hostio tanais iunctum: ubi post incipit europa. Nomina autem qbus signatur asiaticus oceanus: pauca apud nos sunt. Nam ab ethyopico oceano qui afer est idicus incipit omnē fere usq; in orientem oram: sub diuersis tamen uocabulis occupans. Ibi Eous est oceanus. Inde inter tabum promontorum quod taurus extollit & tabim montem sericus est oceanus inde caspius sinum intromittens ad scythas atq; hircanos. Post hunc hyperboreus sub aquilonari fere cardine & scythico iunctus subsequitur: ubi finis est asiatici littoris & europici principium.

**A**tlanticū mare africana pars ē. Hinc mediterraneum inde oceanum occupans nomine. Nam in mediterraneo a mulaca fluuio qui mauros seperat a numidis incipiens: in occiduum tendit magnum portum ruscada oppidū mōtes: quibus septē fratres nomen est: & inde abilam mōtem e calpe hispano opinione ueteri seperatum alluit. Hic oceanum intrans Tinge oppidum anthei habet in littore & ampelusia promontorium: apud quod finis est illi: quum post illud aethyopum hesperidum sunt: sequatur mare. Atlanticum autem denominatum est ab Atlante monte ingenti ei superininentem.

**A**usonium mare tyrrheni maris pars est: ab ausoniis pōpulis: qui iam dudum inter campaniam latiumque (ut placet aliquibus) sedes habuere nūcupatum.

**A**xenum mare dicitur: quod & ponticum dicimus & euxinum: sic a ruditruciq; barbariae incolarum ante dictum. Quorum postq̄ aduenarum comertio molliti sunt mores & habilior exteris ligua facta est: euxinum dictum est. Et ideo ubi de euxino scribetur infra: quae explicanda sunt latius apponentur.

**B**Aianus sinus pars tyrrheni maris paruus ē a loci amoenitate atq; medicorum fontium salubritate famosus. Apud eum quippe ōnis

romana fundebatur lasciua: testantibus adhuc aedificiorum uestigiis. a puteolis & miseno terminatur in littore: Sibyllę atq; apollinis euboici oratoria habens ab ipsis bais quondam speciosissima uilla nuncupatus.

**B**alearicum mare circa baleares mediterranei maris insulas est in conspectu terraconensis hispanię: ab ipsis balearibus nominatum. Hodie uero non baleares. Sed quum duę sint: maior Maorica: minor minorica nuncupatur. A tergo quidem numidico iungitur mari. quum ad orientem cirneum seu corsicum habeant & hispanum similiter ab occasu.

**B**asilicus sinus Icarei maris est: inter iasum sinum & ionium mare.

**B**osphorum chimericum est pars ponti a chimericis populis incolentibus denominatum: hoc a tanai circa principium europae est: in quo murmeciion panticapeo theodosia & hermisium oppida sūt chimerica.

**B**osphorum thracium mare est pontici maris pars in europa situm: ab ea thracię parte denominatum: quę fronte una extenditur in euxinum usq;. Occupat quidem arctissimum euxini maris gressum: & in eo Bizantium est.

**B**ritannicum oceanum in circium uergit ab ingenti insula Britannia denominatum: gallico: byberno: hispanoq; conterminum: in eo autem piscantur pro perlis incolę: ut fertur.

**B**ubaesus sinus est maris icari scoeno sinu tetraticoq; conterminus.

**C**aphareum mare egei maris pars est: a caphareo monte euboę denominatum: naufragio gręcorum a troia redeuntium & Naupli pfidia insigne.

**C**alofulimen sinus est pontici maris sic a gręcis denominatus: quia portuosus sit: quod inuenire raro contigit in ponto. Hic tamen inter duo europę promontoria clauditur: quorum aliud Crumeropō: aliud uero parthemon appellatur.

**C**arsinites sinus est euxini maris: habens a tateris sicium: in quo ē urbs carcine a qua denominatus: quam urbem gręcos & ypacares e diuersis regionibus flumina uenientia & uno effluentia hostio attingunt.

**C**arpatum mare dictum a carpato insula mediterranei maris: egypto ppinqua: cui protheus senex aliqua ndo rex fuit: qui ex egyptiis imperauit uates antiquus atq; permaximus: quem neptuī regis custodem finxere poetę: aientes illud apud carpatum illos seruare.

**C**aspium duplex est mare: comperio aliud in mediterraneis nullo cōmunicans mari: aliud uero ab oceano procedens haud lōge ab oceano scythico et scythas hircanosq; descendens. arbitror enim scriptorum in europa ex uno duo facta sint. Sane ne ipse de duobus unuz uelle facere uideatur: de utroq; quae sunt comperita sub breuitate describam. Primū qdē moderni: qui nostro quo scythica peragrauere regna: dicūt caspiū

mare inter hircanos caspiosq; montes imensum occupare spaciū: nec ullum habere exitum aut introitum: sed ex maximis qui in eum cōcurrunt fluminibus factum: & in modum lacus redactum: Esto ambitus sit immensi. Verum tamen pedibus circūiri posse: & eius littora caspii incolunt & hircani. de reliquo sic ueteres reliquere. Dicitur enim hoc. s. mare caspiū ex oceano hyperborico ore angusto & more fluminis terras intrare: & ubi longo freto diu sese tulit: amplissimum occupat spaciū: se deinde intres praegrandes sinus diffundens: quorum is qui in tranti oppositus est uocari dicunt hircanum: qui ad dextram scythicū qui autem ad sinistra caspiū eum reliquorū ēt nomina suo nomine occupare: & sequum asserunt atq; importuosum mare: & undiq; turbini & procellis expositum. A dextris autem introeūntis scythas nomades littus incolē ad caspiū sinum caspios & amazonas: quas sauromatidas uocant: ad hircanum autem albanos emochos & hircanos: ad scythicum amerdos & pesticos: & ad fretum drebices multos aienets īsuper atq; praegrandes amnes in eos effundi sinus. Quē autem ex his opinionibus uera sit diligentiorib9 scrutari pmittā: quū ab ātiquis fidē amouere non audeam: & modernis de uisu testantibus negare non possim.

**Cilicum mare** a cilicia asię prouincia: cuius in conspectu est denominat se contra cyprū insulā hñs. Est enim initium huic apud amanum mōtē ciliciam a syria diuidentem. Finem autem nemurium fecit promontorium: quod & pamphilici maris initium est. Cuius in ora memoranda sunt quędam. Nam ante alia sinus est issicus abisso olim inclyta ciuitate denominatus. hinc aminodes promontorium pyrranium eidnumq; flumina in mare procurrens. Tarsus inde ciliciae totius metropolis paulo semota a litore est. hīc soloc: quae postea pompeiopoli nominata sequitur & coricos specu memorabili insignis. Deinde Sarpedon promontorium aliquando sarpedonis regni finis. Post quod centrandis atque natidos famiorum coloniae sunt: inde namurium promontorium: quod diximus mari finem odnere cilico.

**Cymbricum oceanum** sub arctoo dicunt a promontorio cymbrico terminatum atq; ab ipsis cymbris circū incolentibus populis nominatur

**Cirneum mare** tusci maris pars ē ab insula cirne: quę postea corsica a muliere legustina: quae illam primo incoluit dicta denominatum est.

**Codanus sinus** est oceani ingens ultra hostium albis fluminibus in septentrionem patulus magnis paruisq; insulis plenus.

**Colchium mare** in ponto dicitur: quod maris littori colchorum adiacet amazonibus seu secundum alios ab emochis ab austro terminatū ab aquilone aute; chimerico bosphoro.

**Corinthius sinus** ionii maris pars est. Naz ex aduerso cephalanię iacit bo

Dulichie atque itachie insulis paruo hostio more freti in patras & nau-  
 pactum penetrans usque ad itbsimon mons: cui corinth<sup>9</sup> insidet ciuitas  
 & qui illud a b egeo tenui seperat spacio: tenditur ab oetholis pelopō-  
 nesum seperans: oppida habens littori peloponnesiaco insidentia egi-  
 onem: Egiram: oliros: & scironem: e contra autem pagem: Creusim:  
 Anticira: oeanthiam: chirram: atque calidonā Tydei patriam: & euenos  
 qui quidem sinus phion alio nomine nuncupatur.

**C**reticum mare a creta insula nomen habet: multa contigens maria. Nā  
 a b artosole carpathiuz a uulturno icareū litiumque: a septentrione egeū  
 ab occiduo ionium: ab austro africanum Aegyptiumque. Verum quod me-  
 m orabilius est Hęc insula medio in mari posita habet eos confines:  
 quos alteri nulli contigit habuisse. Nam si recte consideremus: recte i  
 confinio trium orbis partium posita est. Habet enim ab oriente asiati-  
 cum mare: ab austro & occiduo africanum: ab occiduo & aquilone europū  
 ex quo patet eam orbis esse umbilicum promontoriis: & centum oli-  
 urbibus inclutam.

**A**Egeum mare insularum eque & regnorum atque uirorum illustriū  
 & mirandarum rerum plenum fuit. Hodie uero torpet turpi serui-  
 tio obnoxium. Eius nominis ante alia duplex redditur causa. Alii uo-  
 lunt inter tenedum & chium insulas surgente: & effigiem capre quam  
 greci uocant egean habente: & ideo egeus dicitur denominatum. Alii  
 uero altius sentiunt & ab Aegeo athenarum rege & patre thesei: eo quod  
 eum mortuum apud cretam crediderit: & ob id se precipitem e specu-  
 la in mare dederit: nuncupatum dicunt. Incipit autem apud Eleum bel-  
 lespontiaci maris finem: & in occiduum ueniens masufianum inundat  
 qui latus alterum alluit chersonensi a iugo phacie uallis inclusus melas  
 cognominatus a nomine fluuii quem suscipit. Inde thraciam alluens  
 usque pallenem: ubi littus macedonum incipit: ex quo sinus ingens usque  
 thesalonicam in arctoum effunditur: & a dextris thesalos alluens: &  
 Sipiadem promontorium: & demetriadem sinum facit: inde pega-  
 sum: quum iam in meridiem aliquandiu littora iam dictorum peragra-  
 uerit contingendo. Post autem pegasum maliacum facit sinum et opū-  
 tium. inde oppidis nobilibus multis perfusus in promontorium uenit  
 summum: & hinc pirreum atheniensem portum & scironia saxa: atque  
 megarensium tractum & itbsimon alluit: tendens in meridiem usque  
 malleam: & in eorum sese flectens africanum mare dimittit ab Austro:  
 & in creticum atque rhodiū usque progreditur. Ast inde i aquilonem uol-  
 uitur: & icareum ionium Aeoliumque contingens mare finem facit un-  
 de coeperat apud ellum. Hoc moderni Agios pelagum uocitant.

**A**egyptium mare asiatici pars est: incipiens a ualle cathabatmon Cyre-  
 naicam prouinciam ab egypto seperante: ubi hostium nili unum quod

canopon a gubernatore nauis Menelai ibidem sepulto appellatum & in littore Alexandria ingens ciuitas atq; clara pbaroq; iuncta: & tēdit usq; Pelusium: quod arabis conterminum finem facit egypto: habet ex opposito cyprum.

**H**ellespontum mare in confinio troadis: ab Asia seperat europam: testimonium seruans eternū superbiae Xerxis: q ab abido ī sextū illi oppositum oppidum Leandri amore clarum pontem strauit: & exercitum omnem siccis pedibus in europam ex Asia introduxit. Cuius atēq; littora describantur nominis causa apponenda. Helles enim Athamatis filia cum Phrixo fratre infidias fugiens nouercales: aureo uecta ariete infortunio suo has in undas cecidit: & absorta de se nomen dedit ūdis perpetuum. Vt quod pontum dicebatur ante: diceretur postea hellespontū. hēt igit mare istd' initiū a ritheo littore: ubi Aiacis sepulchrū: & in se continet bithinios & mariādineos: & in europam chersonensum ei; finem facit propontidis sequentis initium.

**E**ous is uocatur: qui recte sub oriente sole equinoctii tempore conspicitur: sic dictus q̄ eos gr̄ce splendor latine dicatur: sub quo primo terris adueniente ipse est: in eum Ganges effluit fluuius.

**E**olium mare aliqui putant apud eolidas insulas siciliae in cospectu iacentes: quod & sic forsan ab eis aliquando uocitatum est. Verū de quo nunc agitur asiatico littori adiacet: incipiens fere a thermodoonte & leuchade ciuitate ioniae ab Aeoliis denominatum. Postq̄ pulsus ueteribus colonis oras ipsi habitauere: quom ante Misium diceretur. Prima quidem huic mari ciuitas immines mirina est a mirino conditore uocata: inde Cymen pelopis opus & Caici fluminis hostia: & cina ciuitas & a qua in radices Idē montis facile peruenitur: apud quas maris huius finis est: & initium troadis.

**E**ritreālasson mare rubrum est: de quo pauca supra ubi de arabico sinu & infra plura ubi de rubro mari dicitur: & ideo nomen hoc quod latine sonat mare Eritrei apposuisse sufficiat.

**E**speriū mare gthyopici oceani pars est: ab hesperidis uirginibus denotatum. Nam (ut aliquibus placet) ultra atlanticum oceanū insulę quędā sunt euripis distinctę: & a continenti modicum seperatę: in quib; aiūt aliqui habitasse gorgonas. Alii uero hesperidum domos illas fuisse asserunt. Possibile tamen: ut aut ex pluribus aliquas illis: & reliquas aliis contigisse: uel eisdem successiue habitasse hesperidas & gorgones: hesperidis plus fama fauet: & q̄ gthyopes & e contra habitantes uocantur hesperidi. In his poetę finxere aurea mala & peruigilem serpentem: ea; ab Hercule capta. Greges quidē fuere preciosa habentes uellera. Incipit autē mare hoc ab Ampelusia promōtorio: ubi atlantici finis. Alii uero dicunt ab Hesperucera promontōrio. Quantum autem uersus

Eurum extendatur: inuenisse non meminimus.  
**E**thiopicus oceanus longo sub feruido sole tractu protrahitur: nec ab alio  
 quo satis plene cognitus. Nos autem quæ illi sint littora: ut accepimus  
 breuiter exponemus. Incipit ergo ab eo promontorio: quod supra  
 arabicum finire sinum diximus. Cuius oram quæcitiis solis foecunditas  
 & cæli feruor habitare permittit: macrobios habet populos sic de  
 nominatos: eo quod uitæ spacium fere medium ultra alios mortales pro  
 ductum in longum: quorum pars eo quod ab egypto uenerit automales di  
 cti sunt: forma præstantes & moribus regem sibi pulchritudine & uiri  
 bus potiore eligentes quæ aurum preciosius arbitrantur. Infestantur  
 tamen a beluis nobis incognitis plurimum. Tandem in occidentum eun  
 tibus solitudines uasæ præcisi montes ripæque potius quam littus reperiuntur:  
 quibus deficientibus muti inueniuntur populi: quibus pro eloquio nu  
 tus est. Aliique adeo deformes & ab humanis ritibus alieni: ut potius  
 recitasse fabulosum quam credibile uideatur. Sunt insuper & alii: quibus i  
 gnis adeo ignotus est: ut prius dum uiderint: tanquam pulcherrimum quid am  
 plectantur: ultroque sinu imponant suo: donec exustione uexati desistant.  
 Super hos grandis est insula: in qua foeminas tantum esse ueteres tradi  
 dere: hirsutas corpore toto: & quod incredibile est sine maribus sua tan  
 tum sponte foecundas: efferatis uiuentibus moribus: adeo fortes: ut uix  
 possent uiculis detineri. Has ultra mons altissimus est: & adeo iam a no  
 stris cognitus: ut peron nominetur a grecis: quem aiunt ignibus flagra  
 re perpetuis: & quod ridiculum uidebitur: asserunt ultra montem lon  
 go tractu uirere colles in littore: ex quibus patentes campi longe ma  
 gis uidentur quam sufficiat intuitu uisus. Et quia nec in campis nec in col  
 libus habitatio ulla est: nec aliquid culti aut humanum cernitur: & per  
 diem solitudinem atque silentium ingens: nocte uero ignes per totum cre  
 bri & cymbalorum atque tympanorum tinnitus & tibiæ sonus maior quam  
 qui ab hominibus fit: auditur: creditum est Panum satyrorumque opus. Hic rur  
 sus ethiopes incipiunt apparere: sed pauperes & iam dictis forma mi  
 nores: & inculti hesperides cognominati: in quorum finibus sunt qui  
 uelint Nili fontem esse. Hos contra dicunt insulas esse orchadas olim  
 Gorgonum seu hesperidum domos. Hi tamen ab hesperidum promon  
 torio terminantur. Et frons incipit in occidentum recte conuersa: in qua  
 ethiopico iungitur Atlanticus oceanus. huius frontis partem primam  
 ethiopes tenent: quæ sequitur exusta & harenis obducta & a serpen  
 tibus occupata est: Cuius in conspectu aiunt aliqui insulas esse: quas hes  
 peridas dicimus. In continenti uero ab harenis montem exurgere tan  
 tæ altitudinis: ut caelum etiam penetrare uideatur: traditum est: cui  
 ex opposito fortunatas insulas asserunt. Solitudini autem dictæ proximi  
 sequuntur Simantopodes: & inflexilentis cruribus: qui potius serpentes



quæ p̄gredi arbitrantur. Deinde pharusi: post quos lætiores apparent a gri: quos inter Terotæ: Berini: Acebores habitant: & Zegitrarum getulorumq; uagantium opera cognoscuntur: quibus atlanticus iungitur oceanus finem faciens æthyopico.

**E**uboicum mare in mediterraneo duplex est: aliud in ægeio aliud in canpano seu tusco mari. Quod in ægeio euboæ adiacet insulae a qua denominatum est. Quod autem in tusco cumarum baiarumq; alluit oras ab euboicis aduenis & cumarum conditoribus nuncupatum.

**E**uripus maris est sinus in ægeio inter euboam insulam & boetiam seu phocidem in longum arcumq; productus. Quem aiunt aliqui septies inter diem & noctem statutis horis reciprocas agere uices: & ideo istud esse catinis. Verum qui fide digniores sunt: dicunt hunc inter altissimos montes tam continentis quæ insulæ nunc huc nunc illuc assiduis & impetuosis uentis ac motibus propriis adeo temere rapi: ut nonnumquam ex altissimo monte uideat deiici præceps inflexuosis reuolutus procellis tantum uasto absq; intermissione agitatur impulsu: ut nulla in eo nauigiis statio tuta sit. Volunt tamen nonnulli hoc nomine Euripus quod tempestuosus sonat alicuius maris in singularitate non esse: sed omnium ob arcum meatum impetum acrius facientium: ut & fretus est. Sane quia hic sinus impetuosior ceteris existimatur: nomen in singularitate sibi hoc quasi per excellentiam occupauit.

**E**uxinū mare est: quod uulgatiori uocabulo pontū dicimus. Ab euxio fluuiio: qui in eum effluit: ut quibusdam placet: denominatum: quum antea uocaretur axenum ut supra dictum est. Hoc extremum mediterranei maris totum in aquilonem uulturnumq; recedens maximi ambitus est: & arctissimo hostio per bosphorum thracium immissum atrox atq; nebulosum & raris stationibus nauis gratum: nec molli & harenoso litore sicut reliqua circumdatum: a quilonibus patulum omne: & ob multam aquarum multitudinem fluctuosum feruensq;: & nonnumquam cogente gelu condensatum est. Hoc intrantibus habet a dextris Calcedonez ciuitatem ab Archia megarensium principe conditam. Inde maritidneos cum specu Acherusia: per quem Herculem cerberum ad superos traxisse credebant: & inde Paphlagonum littora. Calibes & amazonia castra: tabarenos: & inde Mosinos per omne corpus notis insignes: ac post hos Macrocephalos: discaros: busedosq; trapetis & cera cognitos. Hinc colchos phasis fluuius: & Phrixii templum cum lupo & in bemochorum finibus Dioscortas a Castore & polluce conditam ciuitatem. inde ferinthos & bosphorum chimericum: tanais hostiu; meoticas paludes usq; finem & initium Europæ. Ast hinc sinum cabolimen cortonum oppidum: ut fertur: a Diana conditum: & specum nymphaeum sinu: carcinitem: borostenis hostium: calipidas: hystrolisq; & hystri hostia

septem. Ac inde thraces in oram usq; euxini penetrantes: apud quos proximam hostio hystri hystropolim. Inde portum cariam & promontorium pilstri & bizonis motu terrę lapsi uestigium portucinos Dionisiopolim: mesembriam: anchialos: magnamq; apolloniam: thimniã promontorium: ubi elmidesonem philas & phinopolim bosphoro thratio iunctam: apud quem immitti euxinum a mediterraneo certissimum est. Sunt præterea qui dicant huius aquas fere dulces esse ratione ingentium fluuiorum in illud continue euomentium.

**F**arus nomen est maris ubicunq; facta quocunq; casu diuisione furẽ incidit: utputa inter italiã & siciliam: quas quidam existimant olim fuisse coniunctas: & terrę motu postea separatas a qua separatione id mare: quod medium inter eas impetu fertur Pharus dicitur: nam pharos gręce latine diuisio sonat. Verum hoc nomen siciliae pharus præ ceteris seruauit: seu quia manifestior fuit diuisio: seu quia notior gręcis atq; latinis: huic supereminet ab italia rhęgium & a sicilia messana ciuitas incluta.

Foeniceum mare syriaci maris pars est: a phoenicibus littus illud incolę tibus dictum: a meridie arabum habens: ab arctoo autem cilicum: & in cõspectu cypricum.

Fion mare (sic enim ab antiquis nominatum est) quod corinthũ diximus Fretum mare: & hoc potius generale est nomen ut icunq; mari per artos meatus transeunt: ut de Euripo diximus: q̄ recte proprium alicuius: & ideo nisi apponatur quod uelis: de quo dixeris non intelligetur: utputa fretum bosphoranum uel siculum: et sic de ceteris.

**G**aditanum mare a Gade insula extremi occidentis nomen accepit olim a phoenicib; habitata ultra promontorium calpem.

Galileę mare lac; ẽ: ut supra scripsimus. Sed sic more suo a iudeis q̄ onẽs aquarum congregationes notant denominatus.

Gallicum mare duplex est: aliud iter hispanum spatiaur & tuscum aliud iter hispanũ & germanicũ oceanũ. Qd̄ aut̄ iter tuscũ & hispanũ a nõ nullis pars tusci creditur. Denominatum autem est ab adiacente gallia bracta seu narbonensi: habens secundum quosdam a Monico ligusticorum promontorio initium: & sic prima eius in littore ciuitas est nicea quae alpibus subiacet. Alii uolunt q̄ huius initium sit ab hostio uari fluminis uetusto italiae termino: sed non refert. non sumus empturi nunc: ut acrem quęstionem de terminis faciamus. Quum igitur in progressu habeat lacedonem massiliensium portum & ipsam Massiliam a Phocensibus olim conditam: & hostia rhodani: & ulterius betras & littus cui leucata nomen: & ora sardonum: uicum cliberrae magnę quondam ciuitatis atq; opulentissimę uestigium tenue: & inter promontoria pirenei sinum falsum apud ceruariam finem summit: ubi

hispaniensis initium. Aliud autem in britannicum mare uerlum: & pirenæi promontorio principium faciens: & in arctoum tendens: habet inter alia garūnæ fluminis hostium fantones populos & ossifimos morinosq; usq; ad rheni fluminis hostium: apud quod germanicus incipit oceanus.

**G**ermanicus oceanus ab hostio rheni incipiens longo tractu usq; ad Codanum protenditur sinum: gelido sub cælo fere littora habens incognita: quorum susceptus gremio nusquã late patet insulis pluribus non longe distantibus. Circa eum tamen sunt imbri & tautoni: & qui ultimi germaniæ sunt hermiones iuncti sarmatis: nec desunt qui uelint ad Cymbros usq; protendi.

**I**alus sinus est icaræi maris ab Alicarnaso cariæ tendens in ionium cuius initium a neapoli est Cariæ ciuitate: finis uero basilici sinus initium: & in eo barculos ciuitas est.

**I**careum mare asiatici maris pars est a Telmeso liciorum ciuitate: quæ licium finit. incipiens & inde post pedalionem & citriam promontoria cauum habet oppidum secus amnem galbiam: & inde alicarnasum Nauseoli regis tumulo insignem: & in progressu sinus timinam scenû & bubesium & crudum oppidum in cornu pene insulæ: & sinum tetricum: & ultra leucæ littus miridos & neapolim sinum: iasium atq; basilicum: qui ionię iunctus icaro finem facit: quod a caria addita idest de nominatum puto.

**I**careum mare aliud a superiori nullis cogitur littoribus: quinimmo iter sardum mare & siculum esse dicunt sic a casu Icarum cum dedalo patre fugietis dictum. Hoc alii uolunt inter creticum & siculum esse.

**I**lliricū mare pars ē adriatici. Esto & adriaticū totū etiã uocetur illiricū Nam illirium a quo denominatum est perseverat usq; tergestum. de hoc supra ubi de adriatico dictum est.

**I**ndicum mare permaximum est: & satis patet unde denominatum. Creditur quidē tantum: progredi: ut. lx. dierum nocturnq; tensis uelis assidue nauigationi sufficiat. Incipit autem sub uulturno: uel quasi ab eo promontorio: apud quod sericū terminatur: & ab inde ad gangis hostium usque palibotros habet populos. Ex aduerso autem hostii gangis insulæ esse dicunt: cui nomē argiræ argenteū solū habentē. Præterea & taprobane igēs isula hoc in mari ē diues: & a plurimis possessa popul: & hinc prope sunt ea hostia: quæ solis appellantur adeo habitationi aduersa: ut ingresso circūfusi aeris gustus confesti exanimet. Equidem non forsan absurdum Paradisi deliciarum ibidem ingressum fore. Inde dicunt q; a iolide usq; cudum recta sint littora & in orientem spectantia: eaq; incolæ a timidis effeminatisq; populis. Verum marinis opibus affatim ditibus. Post hos promontorium Tamum esse dicunt. At eius

in conspectu insulam crisem nuncupatam: adeo auri abundantem: ut habere dicatur aureum pavementum. Atamo uero a quo flecti tellus incipit in meridiem usq; ad rubri maris hostium desertam omnino a feruoribus asserunt regionem. Sed alii aliter. Nam ab hostio gangis in rubrum mare uenientibus compertum aiunt primo per littus aboridonem regionem & nicedosiorum ciuitatem & barbari fluminis hostia: & motetes populos quos penes Alexander macedo condidit ciuitatem: & macrostios incolas introduxit. Post hos uero asperam atq; sterilem inueniri regionem dicunt: palmas tamen alentem: & boies omnino incultos: & mapalia conhis tegentes piscium: & itosis uergetibus ac piscium aut beluarum coriis corpora uestientes et bestiali ritu crudas mandentes carnes habentem. At post istos crodosiam reperiri prouinciam fertilem rerum omnium humano usui opportunarum. Et inde Tamandam: & post hanc Sagaraz a persis hominibus cultam: qui quidem persarum rubro mari propinqui sunt: cuius in hostio indici maris finis est.

**I**nferum mare tuscum est: sic enim illud persaepe ueteres per respectum ad adriaticum quod superius est uocauerunt.

**I**onium mare asiatici maris pars est ab Ionia prouincia cui adiacet nuncupatum. Incipit enim a fine sinus basilici: quem icatei maris ultimum diximus. & primo a Possidoo promontorio oraculum cingente apollinis: cui olim cognomen baramacii & postea didymi fuit. Protenditur miletus inde urbs thaletis astrologi patria: Menandri hostium & lacinius mons clarus. Endimionis fabula reperitur: & post hunc gessi fluminis hostium pannonium: regio phigeta atq; ephesus clarissima templo Dianae ab amazoniis consecratum: inde caister amnis libedros & clarii Apollinis phanum a mantho tiresiae filia conditum. & post ephigonos colophon: mopsi manthonis filii opus. Inde Smirneus sinus othos & clazoniae thermodorois fluminis exitus & leuca ciuitas atq; Crisonea finem mari ionio faciens eolusque initium.

**I**onium mare aliud a superiori a promontorio malleae sumit initium: circa quod terminatur egeum. Inde laconicam alluit omnem: & malleam usq; tenaron promontorium: & post acritas & ithim promontoria atq; tismium sinum: & inde littora quae incolunt chelonates & taraxi: quos inter cyllene Mercurii natiuitate celebris habetur. Inde corinthi sinus epiro regionem cum Ambrachio littore usq; montes ceraunos: a quibus finitur: habens a circio adriaticum: ob occiduo siculum: a meridie africanum ab oriente creticum mare. Ionium autem nominatum aiunt a ionio uetustissimo: atq; in delyto rege: de quo propter nomen nil aliud legisse memini.

**I**perboreus oceanus asiatici littoris sub arctico primus est: ubi non sol quotidie: sed a uerno equinoctio usq; ad autumnale ibidem continue perseverant: reliquum anni regionem illam nocti perpetue derelinquit. Aiunt

hic ab hyperboreis cultoribus nominat<sup>9</sup>: quos iustissimos esse dicunt & angustam sed apricam terram habere: & diutius uiuere q̄ reliqui mortales faciāt: quod ego miror plurimum unde tam repente mite illis oriatur caelum: sed de hoc uideant alii. Is autem uersus uulturnum a caspio terminatur oceano: ut quidam dicūt. Ego autem eum habere a circio cymbrorum: & a uulturno scytharum oceanum arbitror. Eius autem in littore nil memoratu dignum dicunt.

**I**pponēsis sinus maris africi pars est a candido & Apollinis promōtorii factus: & ab ippone diarictō denominatus.

**I**reanus sinus caspii maris est: de quo quia ubi de caspio scripsimus dictum est: ordini tantū apposuisse satis est.

**I**spanum mare diffusissimi circuitus est: qui in mediterraneo incipiens definit in gallico oceano. A ceruaria igitur incipiens ubi gallici maris finem diximus: Emporia phocensium alluit & Iouis montem: in quo Hannibalis scalae atq; tarracone<sup>3</sup> Scipionum opus: Betulum: Barcinū & opulentissimam maritimarum urbium Tulcim: uallentiam: & sagūtum: & inde carthaginem: spartam: uegentanum sinum: & malacā: & calpim contingens exit in oceanum: ubi primo carthaginensium ipsius sinum: & ad iouis promontorium ueniens: terris cadentibus in littora flectitur occiduum spectantia recte: & sic fretum egressus Gadē alluit insulam: & cepionis monumentum scopulo potius q̄ insulae positum Bethis hostia: & inde lusitaniam ultra Anam fluuium in tribus promōtoriiis distinctam: ultra quam retrahente se solo in eorum flectitur: & effundit longe lateq; oceanus infundēs ueteres turauolos: & oppida turdulorum & flumen mundam suscipiens: & inde durium a quo longo tamen tractu usq; ad promontorium celticum celtas alluit. Inde ad scythicum continuo obseruatur littore: infundens artabros & ianasos: & post hos astures: quorum in littore tres sunt arē: quas festianas uocāt incolę pene in insula sedentes & Augusto Cēsari sacrę. Deinde se coartante hispania Cantabros irrigat: & inde uardulos pyrenei promontorio iūctos quos penes hispaniensis finitur oceanus & gallicus incipit.

**I**ssicus sinus est in mari cilico sic denominatus ab Isso olim celeberrima ciuitate. Est enim inter amanum montem & ammodē promontoriū.

**L**Aconicum mare egei pars est & ionii: a scylleo promontorio achaig ubi eius initium est usq; ad promontoriū malleum. Ionii autem a malleo usq; ad tenaron: ubi finis. Laconicum autem a regione quam alluit dicitur: in qua lacedæmona.

**L**aturus sinus est in mari numidico inter auisa castellum & sardabalera fluuium citra commune gentis regiae monumentum.

**L**ibycum mare inter africanum atq; egyptum est cyrenaicae prouinciae adiacens: & ideo a nonnullis cyrenaicum nuncupatur. Incipit quidem ab

aris philenor: apud quas africi finis est. Habet promontoria zephiriō naustatinos & Parethonium portum. Inde catabathmos deuexa uallis est: cuius in confinio maris huius est finis: & egyptiaci principium. Libycum autem a libya dictum: cuius pars cyrenes est.

**Liburnicum** mare adriatici pars est a liburnis illyriis denominatum: quos hodie scianos dicimus.

**Lycium** mare asiatici pars est a lycia prouincia cui adiacet denominatum. Incipit autem a phaseli pamphiliae ciuitate: quā penes pamphilii maris est finis: a qua sequitur. u. cariam eunti: inde portus: & tauri promontorium ingens: & inde limira flumen & ciuitas & pataracum apollinis delubro atq; oraculo fide: delfico simile. Post at mōs gratius & thelmesos ciuitasque finem mari facit: huic et icareo prestat initium.

**Ligustinum** mare tusci maris pars est: a liguria prouincia: cui adiacet denominatum. Hoc initium summere quidam uolūt ab hostio arni fluminis: ut pisarum ciuitas media ligurum sit & tuscorum reliqua. Alii uero dicunt ab hostio macre fluminis lunę ciuitati propinquo initietur quod uerius creditum: ex quo & corni scopulo procedens ueneris portum facit: radicesq; montium optimi uini feracium alluens: Genua insigni ciuitate relicta extenditur ad sabatiam seu saonam & albigaunū & uintimilium atq; monichi promontorium: quod penes secundum quosdam maris huius est finis: sed addunt aliqui niceam ciuitatem: & quod littoris est usq; ad hostium uari fluminis: quod italiae pariter & ligustini maris terminum dicunt.

**Mare** aquarum maximarum generale nomen. Singulare autē eiusque oceani tantum est: & ideo mare dictum: quia sit amarum sal sedine nimia: & ideo si absolute mare dixeris: pro totius aque elemēto Oceano summetur. Tunc autē pro parte: quum cognomen appōit.

**Maliacus** sinus egei maris pars est inter sinum pegasum & opuntium.

**Maurum** mare & mediterranei partem occupat & occidentalis oceani.

Nam ab hesperucera promontorio: quod oceani hesperidū finis est incipiens usq; ad mulacaz fluuiū q in mediterraneo a mauritania numidiam seperat: tractum ducit: quod quidem & atlanticum dicitur: & iō satis fit quod de atlantico dictum est. Maurum tamen seu mauritanū dictum est a mauritania cui adiacet.

**Macedonicū** mare egei nō minima pars ē: a macedonia denominatum quod quidem incipit a pallene monte: qui thraciae finem facit: & (ut quibusdam placet) extenditur usq; megarā: quo isthmus interpositus misceri egeum ionio non permittit. Cuius littora ciuitatibus signantur i numeris. Inter quas clarissima pelles tam Philippi patris q Alexandri filii regia. Est preterea & flexus megibernus inter promontoria Dyrī & panestrem: & qui copos dicitur portum inde toronis mistella &

megiberna ciuitates. Post quas canastreo promontoria propiua sena megiberneasa in medio qua dat gremium terra longis in altum emis-  
sis lateribus ingens inter maria sinus est. Inde eum axius per macedo-  
nas thessalosq; excurrit: antequam thessalonicas & inter utrunq; cassan-  
drea est. Inde cindra: aloros: icaris: apeno: ad sepida: corruca: melibga  
castanea: a quibus usque megaram ellas appellat græcia: qua macedo-  
niae partem (ut supra diximus) quidam arbitrari uident: & si sic conce-  
datur a Sapide promontorio per demetriam: & balon & ptoleon & e-  
thmon in pegaseum deuenit sinum: in quo urbs pegasa & sperchii anis  
hostium. Inde malliacus & opuntius: in quibus laconum gloria aduer-  
sus persas thermophilae: inde oroës carphagnemides: alope: antedon  
glauici: larunne & aulis agamænonia: maraton insignium titulorum me-  
morabilis & tanais: in qua Amphiarai delubrum nemesis phoricos  
& bauronia & promontorium lunium: & ad meridiem se flectens Ella  
pyreneu atheniesiu portu feruido obicit soli: inde scironia saxa: & ulti-  
mo magarensium tractum apud isthmon terminatum: quo macedoni-  
ci maris finis est.

**M**editerraneum mare: & id rudibus demonstrandum est: est enim quic-  
quid maris habemus ab Abila mauritaniae & calpe hispaniae promon-  
torii herculis colunis ab oceano habemus: eo mediterraneum nuncu-  
patum quia per medias effundatur terras: quum in circuitu: stet.  
oceanus.

**M**egiberneus sinus macedonici maris pars est: de quo paulo supra.

**M**isium mare asiatici particula est: cuius pars ab æolis incolis denomina-  
ta supra descripta est. Reliqua troas dicitur a troianis tota misiu a pro-  
uintia cui adiacet sic olim denominata. Incipit enim ab idem montis ra-  
dicibus: & cytheriam andrimetionem austram & cressa oppida in lit-  
tore alluit. Inde Antandrum & gargara: atq; assonam ætholorum colo-  
niam & acheon limen: de quo supra: & ritheum quod penes huius ma-  
ris finis est.

**M**yrtoum mare apud promontrium Laconiae malleam paruum iter  
ægeum & ionium est: sic a myrtilo mercurii filio dictum: qui quum eēt  
oenomai regis elidis auriga: & illi hippodamia eēt filia: quū q̄ p̄cerib⁹  
petentibus se aurigatus inibat certamen uictosq; morte mulctabat. Cō-  
tigit ut pelops & peteret & iniret certamen clam corrupto Myrtilo  
auriga: hoc pacto si uictores faceret se illi primum hippodamiae cōcu-  
bitum concessurum: qui factis cæreis axibus quadrigis: eisq; in cursu dis-  
solatis Pelopem fecit uictorem: cui quum posceret pactum a pelope i  
mare deiectus est: in quo moriens mari nomen perpetuum dereliquit.

**M**ormorusa oceanum sub septentrione uocatur a cymbris: quib⁹ pro-  
xim⁹ est: quod idem sonat quod mortuum mare: eo q̄ ibidem cogēte

frigore congelatur.

**M**ortuum mare a staltidem lacum nominari iam diximus supra: eo quod in eo nil uiuum recipiat.

**M**assusianus sinus in mari thracio: quod egei pars est: consistit alterum cherfonēsi latus occupans. Hic a iugo phacię uallis includit: & ex fluuio quem recipit melas etiam nuncupatur: duas in se urbes complectitur Alopochonensum & in altero isthmi littoris latere positam cardiam: inde sequitur Aenea ab enea troiano cōditore denominata: quā iam finis fuerit huic sinui.

**M**agnū mare id dicitur uulgo: quod nos & euxinum & axenum iam diximus: quod ideo magnum illud uocant: eo quod iter ceteros mediterranei maris sinus ipse sit maximus: & semper in reliquum uidetur effluere & non ut alii sinus faciunt aliquando suscipere: quod contigit propter inestimabilem aquarum copiam: quę in illud a plurimis maximis fluminibus funditur: quae per arctissimam faucem bosphori thracii in mediterraneum impellitur cursu continuo: a quo ignari existimant reliquo mari aquas concedi omnes: non aduertentes unde deueniunt tā huic mari quā reliquis.

**N**eptūnus cuiuscunq; maris aut totius aliquando nomen est: quoz eiusdem deitas poetica fictione ipsuz mare aut maris designet potentiam. Nam de se neptunus homo fuit: & Iouis frater atq; Plutonif Et quum paternum diuiderent regnum: quę circa maris oram erant in sortem deuenere: Neptūni: ex quo fabulae locus assumptus est.

**N**umidicuz mare inter mauritanum seu atlanticum est: & africanum: a numidia regione cui adiacet nuncupatum. Incipit autem a mulaca flumine: & in orientem tendens habet in littore ampfaci fluminis hostium & cesaream olim iolam Iubae regis regiam. Inde cartimiam & arsimiā oppida & laturum sinum & sardabalis fluminis fauces: quem ultra cōmune regię gentis monimentū ē: & post emensū aliq̄diu littus Meta gonum promontorium: quod huic mari finem faciens africo p̄stat initiū Sane & si in littore non sit: quia aliquando ad mare pertinuisse uidetur: mirabile quoddam non erit incongruum recitasse. Est ergo ad intrinseca Numidiae locus: in quo spinae piscium muricum ostrearūq; fragmenta saxa attrita uti fieri solent assiduo maris motu uisixę p̄terea cautibus ancorae & alia plura testantia ibidem iam mare & portuosū etiam fuisse nil fidei minuente solo: quum nil herbidū alet.

**O**ceanus hic pater & aquarum perpetuus hospes est adeo grandis ut soli deo creatori suo comprehensibilis sit. Omnes p̄terea ambiens & continue indeficientibus undis terram: quam & pluribus atq; uariis incurSIONIBUS intrans cōmerciis reddit habiliorem: & humectationibus foecundiorē facit: illamq; circum statutis uicissitudinibus



adeo impetuoso inuadit est: ut feras ex littore repentino reddito rapiat: & nonnonquam marinas beluas in sicco destituat. Cuius estus causas plures reddidere maiores: quas ego quam alterius uideantur considerationis omittam. Cur dicatur etiam oceanus: plures dicuntur rationes. Nam alii: eo quod more circuli terram ambiat. Alii quod otius currat: quod magis & nomini & operi adaptatur. Alii quod ut in caelum purpureo colore conspicuum sit: & huiusmodi: quarum quae magis placet accipiendam lectori relinquo. In eo insulae infinitae & beluarum infinita monstra: & ex eo quicquid fontes: quicquid lacus & flumina: quicquid ubicunque sit liquoris humiditatis uel cuiuscunque aquae sumitur & deriuatur exhaurientibus terrae uisceribus.

**O**puntius sinus est in egeo mari ab opuntio ciuitate denominatus: Theriopylis proximus.

**O**readus oceanus ab insulis orcadibus: quibus circumfusus est dicitur. Hae autem numero. xxx. sunt angustis inter se distinctis spaciis: ex quibus. vii. quae emodes appellantur germanico littori oppositae sunt in eo sinu quae supra codanum diximus. Ex iis autem codannonia: quam teutoni incolunt: ut foecunditate alias sic & magnitudine excedit: Reliquae sarmatitae sunt aduersae: & fluxu atque refluxu pelagi quandoque insulae apparent & aliquando continenti annexae. In his oenes quidam asserunt habitare homines: ex auenis atque ouis palustrium auium uiuentes. & hippodas equinos habentes & sanalos: quibus sunt ingentes aures & ad tegendum omne corpus habiles & alios huiusmodi: quod ego fabulosum credo potiusquam credibile reor.

**P**egafus sinus in egeo est mari inter demetriadem thessaliam ciuitatem & malliacum sinum: a pegasa denominatus urbe: sperchium recipiens amnem: famosus quidem & apud ueteres inclytus. Aiunt enim quod miniae cholchos ituri: ex eo argon nauem ad iter soluunt.

**P**amphibicum mare asiatici maris est pars inter cilicum & lycium positum. Nam a nemurio promontorio quod eum a cilico seperat incipiens habet ante alia melam fluum asperidos ciuitatem ab argiuis oligamum oppidum. Ultra uero sardemium montem & phaelis ciuitatem a mopso quondam conditam: & finem pamphiliae facientem.

**P**ersicus sinus oceani pars est: & si amplissimo hostio terras itret: & post modum diuidatur in persicum. & arabicum sinum. Indiam tamen ab ethiopia disgregat. Is igitur qui persicus dicitur: cuius orbe maximo terras occupauerit: & in fine sui humani fere capis uestigium fecerit: habet circa initium sui carmanios sine ueste sine fruge: sine sedibus ac sine pecore: homines cute uelantur piscium & eorum carne pascuntur birsuti corpus omne praeter caput. Per hos setis in mare flumem fuditur

inde cerdosi persequi sequuntur. Ea uero in parte sinus qui intranti mari uideatur opposita: Caldei insident. Parte uero ex altera sinus: quae carmaniis opposita est: arabes habitant omnem tenentes oram.

**P**olaticus sinus adratici maris pars est: & secundum quosdam Italiam ab hispanis determinat a pola dictus: quam quondam incolere colchi: Mare quidem procellosum & ora illa nauigantibus perniciofa plurimum. Nuncupatur autem uulgo quarnero. Credo a populo carnorum: qui iam dudum circa adiacentia habitauit.

**P**ontus is est sinus: quem supra euxinum diximus seu mare magnum. hunc denominatum pontum uolunt aliqui a ponto mitridatis regno: quod ego praeter hunc sinum nullum reperi. aliqui dicunt dictum pontum: quod breuis sit quasi punctus: & tunc breuem sumam quantum ad profunditatem: quam illi modicam diximus. Et ob id tinnos: phocas: delphinesque tantum: & nullas alias marinas bestias suscipit. a longe plurimum profecto talem nominis huius causam piscati sunt. aliqui dicunt quod pontus idem sit & equor. Scio quia unumquodque horum mare est. Sed qualiter pontus aequa- litatem significet aquarum: ut equor facit: non uideo. Sic dicunt & pontum maris impetum. Sed tunc quum illi magis quam oceano: qui longe impetuosior est. Dicunt praeterea pontum idem quod marinum decus quod ego audio: sed non intelligo. Dabo igitur & ipse nouam nominis causam: Arbitror quidem a praesentibus latinis denominatum pontum: quia aliquando tempore anni in glaciem coactum transire uolentibus per aliquam sui partem pontem. id est transitum sui faciat: seu quia ob maximam aquarum dulcium in illum effluentium & eius respectiue breuitatem semidulce uel fere dulce factum potum praebet. Verum haec superflua curiositas est.

**P**ropontis mare est inter thracium bosphorum & hellespontum: ab oriente asiam alluens: ab occidente uero europam: & idcirco fere in modum lacus circumdatum. Propontis autem uocatur quasi pontum praeueniens seu iuxta pontum. Incipit exeuntibus hellespontum: & in pontum tendentibus a dextris apud lapsacum oppidum: finem ibidem faciens hellesponto: cui propinquus funditur granicus fluuius: ultra quem Cizius ciuitas a Cizio denominata: quem minime in colchos tendentes pugna fuerunt atque occiderunt. Post hanc plagea & sidace pelasgorum colonia. Inde ridacis fluminis hostium ultra quod discilos oppidum & miserula. Hinc sinus sequuntur duo: quorum alteri non est nomen: quem chionemporium phrygium amplectitur. Alter uocatur olbianos ingremio habens astatonam olim a megarensibus conditam. Inde sequitur fretum illud exiguum per quod itur in euxinum: ubi thracius bosphorus habet initium: & ideo a sinu olbiano in europam paruo transfretantes tractu & uersus hellespontum uenientes relicto bizantio thracii bosphori

finem hēbunt a dextris silimbriā perinthos bitbīnuz & hostia argini  
& atyrę fluuiorū: & ide eā partē thraeiae quā iādudū rhesus tenuit rex  
& bifaltem famiorum & gipselā & eum locum quē macrontios dixere  
gręci. Et inde lysimachiam in radice magnepen: quam penes in fretū  
bellepontiacum cogi incipit mare: & ideo propontis ibidē terminat.

**R**ubrū mare inter indicū & ethyopicū oceanū āplissimo ore ab au-  
stro in septētrionē fundit: & ne in mediterraneū exeat a terris per-  
saz arabūq; tenet. De quo qa supra ubi de arabico & psico sinu scripsi-  
m⁹ fere oīa q̄ dici possunt sūt opposita: nominis tātū cāz reddidisse sat-  
erit. Dicit̄ aut̄ rubrū qa rubri coloris appareat: nō qdē qa sit: sed qa ad-  
iacentia littora minio fere similia sūt p̄ eūdē lipidū atq; transparēs su-  
um colorē mōstrātia: ab ignaris rubras eē aquas arbitrari faciūt: & ide  
rubrū denominari. Insulaz cōfertū est: quaz notissima q̄ sepulchrū Eri-  
trę regis seruat: a quo ēt denominatū ē: insigne p̄stiti itineris sicco ue-  
stigio hebraico populo Moysē duce ex egypto fugiēte: & Pharaois cū  
exercitu suo demersi: ut litterę testantur sacre.

**S**alinarum mare dicit̄: qd̄ nos alibi asfaltidē lacū diximus: iter ieri-  
co & zoram ciuitates iudaę.

**S**ardū mare a fardinia insula: dictum eo q̄ illam circum alluat. ab ori-  
ente siculū seu Icareū habet mare. Ab arctoo tuscū. Ab occasu baleari-  
cum. Ab austro africanum.

**S**armaticus oceanus a sarmatis populis littori adiacētibus dictus ē: iter  
cymbricum qui magis extendit̄ ab arctoo & codanū sinū qui ī germa-  
niā fursū protēdit̄: ī cōspectu aut̄ littoris huius pars ē orcadū isulaz.

**S**cyllaceus sinus ī adriatico seu siculo mare ē iter laciniū & zephiriū p̄mō-  
toria: habens in littore petiliā carcinū & scyllaceū a quo dicitur.

**S**cythicū mare a scythis est nūcupatū: & quia lōgus ē tractus terrę a scy-  
this occupatus ab oceano. s. in euxinū tendēs: triplex ē: alios in oceanū  
alios in euxinum: alios circa caspiū terminos occupans. Nā qd̄ ī ocea-  
nū describitur sub ipso sydez cardine a p̄mōtorio cymbrorum habere  
initiū: credit̄ secūdū quosdam terminari a limite hyperboreo. Alii uo-  
lunt hyperboreum inter cymbrū eē & scythicum. Aiunt tamen ei⁹ lit-  
toris in conspectu quasdā desertas insulas esse: nec alio q̄ scythicas noīe  
appellari: nec littoris cultores describūt ulli: p̄ter Adropagas & sagas  
Et hi quidem beluarū ferocitate segregati sunt: qd̄ a caspio in scythis  
emittitur absq; certis terminis cōperi. Verum eius littora habitari ab  
amerdis: pesticis: seu peficasis atq; debrcis scythis iueni: & ī illud plura  
misceri flumina: & inter alia Araxē laxartē & oxū. Quod aut̄ pōtici ps  
ē ab hostio paludū meotidaz atq; tanais incipit: & usq; ad hostia hystri  
fluminis p̄leuerat sinum calis limē sinum carcinite domos achilleos

boristhenis hostia: Callipidas: hystrosq; q; hystro flumie terminat̃ in cludēs multa pr̃ter dicta suscipiens flumina.

**S**coenus sinus est icarei maris: inter sinus thiminam & babaesū posit⁹.

**S**ericus oceanus sub uulturno est inter tabin & tauri promontoria: sericū cū littus alluens: qui quidē ferēs (ut fertur) iustissimi sūt homines.

**S**iculum mare sicilia ambit insulā. Ab occasu sardum habens. Ab aqlone tuscū: a surgēte sole ionium: a meridiano africanum.

**S**yriz mare asiatici ps ē: a syria cui adiacet denominatū. Cuius initiū ab initio est palestine: ubi arabicū terminat̃: & procedens ī septētrionem post palestiniū phēnicū litt⁹ alluit ōne: ī quo tyrus & sydon quondā celeberrimę ciuitates promētoriū euprosopon: & Antiochia atq; seleucia: & ultimo mōs amanus: ī quo statim mariādri cylicesq; incipiūt: & syriū desinit mare cui in conspectu cyprus est insula.

**S**yrtilium geminus sinus est in africo mari: quoz prim⁹ a Neapoli africana ciuitate sūmit initiū: finē autē apud oea oppidū cirupso fluuio p̃pinquū. Importuosus est & g̃stu plurimo ferox ob uadoz frequentia: & ob alternos motus fluētis atq; refluētis pelagi: & inter mistos uadis europos. Littori cuius tritona palus famosissima proxima est: ob ibidē priō uisā in terris mineruā. Secūd⁹ autē syrtiliū sinus in egyptum a primo tendentibus: haud longe reperitur alepti superiori sumēs initiū & uti nominie sic opere par priori ē. Habet p̃montoriū borion: a quo ea incipit ora quā lothophagos tenuisse aiunt: usq; ad phiconta: qd̃ & ip̃ ortuosolittori p̃mōtorium ē. Inde sequūt̃ philenoz argē: quas penes syrtili hui⁹ ē finis. Syrtes autē a tractu nūcupatę sūt: q̃a oīa ad se trahere uideant̃.

**S**cyllium mare quod inter siciliam & italiā Pharon dicimus: a Scylla mōstro ex parte italiae adiacente denominatum. quod aiunt saxum esse īgens fere in superiori parte humanam habens effigiem: quū inferiori plures & relectos habeat leopulos: inter quos dum g̃stuosuz itrat mare ab eisdem refractum: & inde tumultuans tam ratione sui q̃ augentis ex concauitate specus ibidem existenti latrantium rabie plurima canū uidetur reddere sonum: quod uetustae fabulae causam dedit Scyllam. s. uirginem a glauco dilectam: dum se lauaret ibidez ueneficio circis a canibus marinis usq; ad inguina fuisse absortam & ibidem detentam perpetuo. Volunt tamen quidam mulierem rapacissimam fuisse Scyllaz & hospites nudare consuetam: & in mare inde deiectam saxo nomē et fabulae locum dedisse.

**S**mirneus sinus ionii maris pars est: incipiens a p̃montorio qui illū a colophonia claudit habens supra angustias per quas ingreditur mari hinc otos & illinc Clazomenam. In sinu autem est corina Thermo'doon amnis & urbs Leuca: quum extra sequatur phoca eolio mare proxia. Clarus quidē una cū ciuitate a qua dicit̃ Homeri uatis origie.

- S**ucronensis seu supronensis sinus hispanum suscipit mare: quem postquam impetuose intrauit: obuio facto ferrariensi promontorio in duos diuidit sinus: quorum prior supronensis dicitur seu sucronensis: quod potius credo: cum recipiat: Soborim: turiam: & sucronem flumina. Amplectitur quidem insignes urbes Valentiam atque Saguntum: Secundus illicitanus uocat: alonem habes & Lueciã ciuitates: & eam unde sibi nomen illicen.
- S**uperum mare Adriaticum nuncupatur per respectum ad tyrrhenum: quod greci inferum uocauerunt: de quo ubi de adriatico satis dictum.
- T**arentinus sinus adriatici maris pars est in extremis fere italię a Tarento Architephi patria uocitatus: iter quę salem & Lacinium promontoria coactus: in quo sunt propter tarentum: Metapontus: heraclea: croton & turium ciuitates.
- T**espontius sinus est adriatici seu Ionii maris pars: in quo Acherontus fluius apud molossos oriens effluit.
- T**iminas sinus est Icarei maris: inter pandionis montis collem mare immissum: & scoenum sinum alterum situs.
- T**yrrenum mare greci uocant: quod latini tuscum dicunt. Verum (ut placet aliquibus) tuscum longe plus occupat spacium quam tyrrhenum: cum tyrrhenum a tuscia in Brutios usque protendatur terminum. Quod aiunt dictum a regulo quodam lydo tyrrhenus qui partis in Asia copius cum lydo fratre sorte suscepta nouas sumpturus sedes uenit in tusciam & italiam superiorem: eamque occupauit: & de suo nomine tyrrheniam appellauit: marique nomen imposuit quod in hodiernum usque conseruat.
- T**uscum mare longissimo dicitur tractu. Nam quod diu in austrum spectat italia: & aliquantulum amplius: tantum illi spacium ueterum tuscorum concessit gloria. Ergo auari fluminis gloria galliam transalpinam ab italia seperantis hostio ad fretum usque Sicilię & Zephirum promontorium: hoc insignitum mare uocabulo est: cum tusci ante romanum imperium aduentumque in italiam gallorum beturiam omnem & cisalpinam galliam totam preter Venetorum angulum sub suo imperio tenuerunt: & tusciam uocauerunt: & secundum numerum nationum suarum ultra apoeninum miserunt colonias: ex quibus Adria aqua adriaticum mare dictum est una fuit. Incipiens igitur a Vari hostio Ligustinum omnem quod supra designatum est suo sub nomine continet. Inde inter lunam ciuitatem & pisas ubi Ligustinum terminari diximus resumentes habet in littore Pisas olim a grecis pisanis conditas: Arni fluminis hostium: Vadas: Voliternas: Vmbronis fluminis exitum. Populoniã uetustissimam betruscorum ciuitatem: seu potius ciuitatis uestigia: & Telamonis portum. Cosam oppidum: portumque herculis nauigiis tutum: icolis autem aduersum: post hec & Amonem et Pirgim & ostia tyberis: quorum altius paululum roma rerum domina sedet. Hinc in littore ueteris Laurentii atque Lauinii latinorum uetustissimorumque oppidorum uestigia: & sic ancii quondam uolscorum

metropolis. Inde aſturam & Circeum montem: Circis ueneficę ſedem: Terracinam uolſcorũ: fondosq; ac formias & Aeneę troiani opus Caietã & Minturnas & Lyris hoſtium: Sinueſam Lıternum Scipionis africani exilio atq; tumulto conſpicuum: Vulturni exitum: & paulo ſupra Capuã tuſcorum coloniam: olim inter tres maximas orbis ciuitates tertiã. Inde Cumas euboicas. Miſenum baiantum ſinum atq; Neapolitanum ad promontorium uſq; Mineruę ſeſe porrigentem. Amalpbiam: Salernum: Silarum fluuium: Palinuri portum: Velias: Buxentium: Clampeciam enim: Iubouem: Ionium: Maticanam. Metaurum: taurinum: Scyllam: regium: regiam columnam: Locros: Cauloniam: Conſenciã: atq; Brutiũ a Zephiro promontorio terminatum. Eſto ſint qui uelint a regio ſiniri oppido. In conſpectu habens Corſicam atq; Sardiniam: Capream: illuã ferri alunam: Igilium pótiam: pictacufas: Capreas: & clariorem mediteranei maris Siciliã. Dictum aut tuſcũ a tuſcis: qui a ture ſacrificiorũ denominati ſunt: eo q; fuerint iuxta antiquorum ritum doctiores in ſacrificiis peragendis.

**V**enetum mare ideſt quod adriaticum diximus: nõ quidem a Paphla gonibus Venetis qui ab excidio Ilionis Antenorem ſecuti ſũt: Quĩmo a piſcatoribus Patauis: qui nuper occupatis Altini ſinus aliquibus ſemitectis inſulis aqua: congregatiſq; ex circum adiacentibus uicis coęq; lium hominum turmis ad cõmodum piſcationis ultro ueniẽtib; ſedes ſtatuerẽ ſibi: illaſq; quod multarum erat urbium nomen: ideo ingentis p uincię uocauerẽ Venetias. Quibus adeo fortuna & aſtutia fauit: ut elati au deant noſtro quo & maris imperium uſurpare ſi poſſint: & nouo nomĩe uetus delere conantur a ſe uenetum appellantes: quod per longe retro ſe cula a tuſcis Adriaticum dictum. De quo quoniam ſub uocabulo uero ubi ſcil; adriaticum nominauimus ſatis ample dictum eſt: Hic repetere non curamus.

**V**rgitanus ſinus eſt hiſpani maris haud longe a Malaca ab Vrgi oppido quod in eo eſt nominatus.

**V**rias adriatici maris ſinus eſt Apulo cinctus littore ſub Gargano mõte cuius aſperum aiũt introitum: & extra eum dicunt eſſe Sipontum diomedis opus: ut a nõnullis haftenus creditum eſt.

**I**am peragratis montibus: Siluis: nemoribuſq; luſtratis & fõtib; lacubus atq; fluuinibus: una cum ſtagnis & paludibus in ſinus maris oceanũq; prout a ueteribus traditum accepimus: deductiſq; eis etiã recepta culis perfunctorie deſignatis: in ſinem laboris aſſumpti eo concedente qui rerum omnium p̄cipium eſt & ſinis deueĩmus. Nec dubitem quin p̄ſepe ĩteruenerit error: & reprehẽdẽda crebro cõpareant. Quis. n. tãti e. ut imperfectus p̄fectum poſſit opus cõponere? Eſto (ut ab ĩtĩo teſtatus

74

sum) quietis causa non anxium ac rēq; sed iocosum laborem assumpsi: a quo ne aduersus intentionē meā defatigarer: quicquid in meōriam ueit nulla indagine solertiori peracta concessi calamo. Verū defectū quosdā qui forsan aliena magis q̄ mea culpa occurrisse nōnūq̄ potuerūt non aliquo qualiter purgasse: nil esset & aliud q̄ quod alienum est meum fecisse crimē & ideo aduertendum: si sepius idem fluuius aut mons seu lacus uel quē mauius ex aliis sub diuersis nominibus uel diuersis in partibus nulla ex hoc facta mentione ponatur: aut dissidentium auctorum opus est: aut scriptorum: immo pictorum ignauia cōtigisse potuit. Auctores cū omnia uidisse nequiuissent: relatis credere oportunum fuit: quē & si sūma cura exquisierint uera a falsis: tñ aliq̄ndo decipi potuere: & ideo meo iudicio ueniunt excusandi. Scriptores autē non sic. Consueuere iā dudum celebri officio solum hoīnes exquisiti ingenii & intelligentes assumi: ut satis antiqua (si qua sunt) testantur uolūta: postea ne quid incorruptū superesset & ī terris quibuscūq; uolentibus permissum est. Quāobrem eo deueim⁹ ut qui litterę seu characteris formam apte calamo deducere nouerint: Illosq; congrue inuicem iūgere: temerario ausu nil aliud intelligentes se scriptores audent p̄teriri: & appposito p̄cio scribere quorūcūq; uolūta: quod etiam turpius relictis collo textrinisq; persepe ausę sunt: & audent mulieres: & sic dum potius uisa q̄ intellecta designant: quādoq; uacillāte meōria: & nōnūq̄ dū ex non itellectis multa superflua arbitrant̄ & auferūt aut casu aut eoz̄ permutāt iudicio: eo ante alia itum ē: ut si orthographia deiecta dipthongi aut sublatę: aut debitis priuatę notulis pūctatio oīs omissa & signa perdita: quoz̄ opere locutionū uariationes percipi consueuere: ac īsuper opere talium diminutis aut additis aut permutatis indicationibus litteris: aliter hodie legantur q̄ ueteres illustresq; scripserint auctores necesse ē: & quod lōge perniciosius: esto huiusmodi scriptores aduertant se miūs recte pinxisse: ne delentes errorem maculam op̄i suo iniecissee uideant̄: ultro p̄tereūt: correctis pulchros p̄ponentes codices Quos quidē errores & si nonnūq̄ admonente grāmatica circa cōstructiones reducant̄ ī rectum: propria aut hoīum aut locoz̄ fluuiorū seu hui⁹ modi nomina & potissime peregrina nisi diuītas sit in hominibus īsita emendari non possunt: cum dubiū falsa ueris iniecerint. Ex qb⁹ satis aduertit potest de necessitate contingere: ut dum quīs rem minus omnib⁹ cognitam iuxta scriptoz̄ errores uarie nominatam legimus: ex una plurimas arbitremur: & deducti per deuia deliremus. Quod quom p̄sēns opusculū totū fere ex nominibus propriis barbaris ex peregrinis cōstet contigisse non erit mirabile: si ex uno fecerim plures: seu aliq̄n de uno in alterum locū transtulerim. Nec ego aliq̄n coniecturis aduertens desistere uolui: quin potius duo uel tria nomina superflua ponere q̄ in uno desicerem: & de una re duas uel plures facere maluiq̄: falso iaduertenter

nomine unam in nullā quādoq; cōuētere. Quod si correctioribus libris  
q̄ quos uiderim usi lectores aduertant: sint quęso ad intelligentiā faciles  
& emendent. Pręterea si aliquando fons p̄ flumie: fluuius pro lacu: pro  
stagno lacus: uel uersauice: hi pro aliis positi comperiantur: non mea au  
ctōritate factū affirmo: Maiorū imitat⁹ moūmēta: & potissime poetarū  
illustrium: circa quos plurimum hactenus uersatus sum: & q̄bus licētię  
multum est: circa immutationem fere talium scripta sunt: oīa fere dixi:  
q̄ arbitrio meo pauca quędā uisa aut a fide dignis audita ultra q̄ scripta  
compererim apposui: nec inficiabor: uidi quędam se aliter habere q̄ ue  
terum rationes ostendant: quibus tantum indulgens fui: ut mallē poti⁹  
eorū auctōritati q̄ oculis credere meis: et hoc dictum uelim ne quis putet  
eo q̄ dixerim quędam uisa me ob uisa antiquitati in aliquo derogasse.  
Insuper si xquo non incedo passu: nunc. s. pingui & amplissimo stillo p̄  
cedens: nunc tenui atque macilento: antiquis auctōrib⁹ ascribat⁹: q̄ am  
pliora de his quę ex angui scribantur calamo non liquere. Abundātiōra  
uero aduertens scripsi: quom certissimum habēā eruditos his non indi  
gere: rudibus donec ī ampliorem uenerint facultatem nulla tam lōga de  
monstratio est: quę non uideatur esse breuissima. Sed erit forte q̄ dicat:  
si adeo rudes tibi erant animo: cū hodie fere locorum noīna permutata  
sint omnia: nec aliquid constet antiquum: cur usus non es ubi opportū  
tas exegisset noīnibus hodiernis: his facile respondetur. Non enim est  
qui hanc doctrinam tradiderit: aut memoriale reliquerit: nisi pauca sūt  
Esto per coniecturas aliqua plura deprehendi possint: ut puta quem Pe  
rusinum hodie lacum dicimus: transimēnū fuisse cōiecturamus: eo q̄ flā  
mineum consulem Hanibalē apud Aretiu expectasse legimus: & e uest  
igio secus transimenum lacum conseruisse. Et quia lacus alter pręter pe  
rusinum Aretio propinquus non est: Satis illum percipimus trāsimēnū  
& sic de aliquibus fecisse fuerat possibile. In reliqs potius diuinasse neces  
se erat: q̄ alicuius posse imitari uestigium: quod quidē ego nō didici. Et  
si nouissem: libri ueterum qui talibus utuntur uocabulis: ad quorū intelli  
gentiam opusculum hoc elaboratum est: omnes erant etiā imutādi: qui  
labor erat indificiens: nec est meum: nec etiā honeste alterius esse potest  
Poteras dicere alter & noua & uetera posuisse. Iam ultro confessus sum  
me omnia non nouisse: quę etiam si nouissem satius forte fuerat scripsis  
se ut factum est: ut aliqualis labor studentium relinqueretur īgeniis. Ad  
hoc ut dum talia perquirendo fatigabuntur: & memoriam firment: &  
illud ad maiora subliment: & magis delectentur inuēto. Et si quędā p̄ter  
materiam aliquā comperiantur inserta: ad auferendum continuę lectiōis  
fastidium factum est. Sane dum raptim coeptum stadium ad metā cu  
piens deueire percurrerem: ecce & laureę delectabilis odor oculos meos  
alteram traxit in partem: & uidi insignem atq; uenerabilē uirū Franciscū



petrarcham inclytum præceptorem meum honesta facie & laurea uirēti  
 conspicuum per idmet stadium lento tamen incedentem gradu: non  
 æquidē labore attritum: sed altioribus cogitatiōibus pressum: & celebri  
 atq; comēdabili grauitate deductum. Obstupui aspectu primo mirat⁹  
 quid circa tam infimum limen deduceret homo sublimis. ide memor  
 Maronem solitum nōnunq̄ gregem per imas ualles deducere: & aliqñ  
 gneā suam: etiā supra astra transferre: rubore suffusus plurimo constiri:  
 & fortunam ante alia damnauit meam: q̄ eo me in discrimen deduxisset  
 ut auditor ex minimis cum præceptore luctarer: pendensq; multa euesti  
 gio animo circūuolui: an item. i. & inceptum iter perficerem: ut starem  
 seu potius omnino redirem: & pressa humo uestigia exturbarem. Oc  
 currebant aut̄ mihi plurima suadentia reditum: & ante alia clarissimi præ  
 ceptoris mei sublimitas stili ornatu redimita mirabili: & sententiarum  
 ponderositate plurima stabilis: & insuper lepiditate uerboꝝ delectabilis  
 nimium: quātūcunq; extranea uideatur materia. Præterea notitia rerum  
 cuius plurimum indiget labor iste: quam adeo sibi familiarem noueram  
 ut uidisse omnia: & tenaci seruasse memoria uideretur. Et cū his ruditas  
 mea stilus exoticus: historiarū penuria: ingenium bebes: & fluxa meō  
 ria ueniebant: a quibus persuasus cum iam essem semiflexus in reditum  
 & ecce prouerbum uetus uenit in mentem: quo aiunt contraria iuxta se  
 posita magis elucescūt. Et ex eo arbitratus fulgoris sui radios quātūcūq;  
 de se clarissimos opacitatis meę tenebras penetraturos posse uideri itū  
 entibus clariore: mutauit consilium: & ad eius reuerentiam non pugil:  
 sed obsequiosus seruulus & itineris strator infinem usq; deductus sum:  
 uolens iubensq; si quod meritum mihi laboris hui⁹ expectandū est cau  
 tos esse lectores: ut si quid in hoc opere operi uiri inclyti comperiantur  
 aduersum: damnetur illico: & sua sequatur: tanq̄ uera stansq; sententia.  
 Scripsi quidem quod in buccam uenit. Ipse autem (si mores noui suos)  
 omnia multiplici trutinazione digesta: omnia ponderoso librata iudicio  
 scripsit: scribetq;. Si quid uero congruum suis conforme scriptis cōpiat:  
 diuine boītati doctriņę ascribatur suę.


Io. Boccatii uiri clarissimi de montibus: siluis:  
 fontibus: lacubus: stagnis seu paludibus: & de  
 diuersis nomibus maris opus diligentissime  
 impressum finit. Venetiis Idus Ian. cccc. lxxiii.











Bo  
C  
de  
S

14

BOCA  
,  
CIUS  
DE  
Certaldo  
demon  
bus  
Silbis &

Biblioteca de Santa Cruz  
**IyR 59**

